



EX LIBRIS
JOHN CHIPMA

Nu

Ebenezer Pemberton

1768.



[redacted]

Nv

Ebenezer Pemberton
1768



L. Cheron inv. *G. Vander Gucht Sculp*

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΛΟΓΓΙΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΥΨΟΥΣ

ΥΠΟΜΝΗΜΑ.

DIONYSII LONGINI

DE

SUBLIMITATE COMMENTARIUS,

Quem NOVA VERSIONE *donavit*,

NOTIS illustravit, & partim Manuscriptorum ope, partim conjecturâ emendavit (additis etiam omnibus ejusdem Auctoris Fragmentis)

ZACHARIAS PEARCE, A. M.


REGIÆ MAJESTATI à SACRIS DOMESTICIS, *&c.*

Editio secunda, Notis & Emendationibus auctior.

LONDINI:

Ex Officinâ JACOBI TONSON, & JOHANNIS WATTS.

MDCCXXXII.



HONORATISSIMO VIRO

THOMÆ

COMITI DE MACCLESFIELD,

VICE-COMITI *PARKER* DE *EWELME*,

BARONI DE MACCLESFIELD,

Summoque Magnæ Britanniæ CANCELLARIO.



NOVA hæc Commentarii de Sublimi genere dicendi Editio, Tuis, Vir Nobilissime, in ædibus & ſuſcepta & magnâ

ex parte elaborata, eodem jure, quo Me Parentem, Te Patronum agnoſcit: cum enim ſeptem abhinc annos Ciceronis tres de Oratore dialogos ediderim Tuoque nomine ornârim, meorum ſtudiorum primitias adeò non rejeciſti, ut Me in Familiam (penè dixeram in Amicitiam) tuam receperis. Ex illo tempore quot me ſecuta ſunt vitæ commoda! quot res, de quibus mihi quodammodo licet gloriari! Te enim, dum in Familiarium tuorum numero eſſem, habui exemplum tantæ morum Suavitatis, ut qui dignitate ſummos æquas, facilitate infimis

par

par esse videaris: Te maximæ Innocentiæ Modestiæque non in factis solùm, sed in dictis; etiam inter convivia, & ubi liberiùs paulò se solet animus remittere: Te tam incredibilis & prope singularis Diligentiæ in omnibus summi tui muneris partibus sustinendis, ut (nisi accederet bona valetudo) publicæ saluti utiliter potiùs, quàm Tuæ prudenter, consulere viderere: Tecum mihi dulcis studiorum consortio fuit; neque enim, tot licet laboribus implicatus, tam in Legibus nostris interpretandis & æquitate molliendis occupatus, ab aliis studiis doctrinisque re-
 fugisti,

fugisti, aut in iis (in Theologiâ præsertim) peregrinum Te & hospitem esse voluisti. Memini, & juvat meminisse, quantâ cum delectatione Te sæpiùs in sermonibus quotidianis audierim (non ostentandæ eruditionis tuæ, sed levandi laboris gratiâ) proferentem vel ea, quæ in Sacris Scripturis & Ecclesiæ Patribus legendis notâsses; vel ea, quæ in reconditâ multiplicique Mathematicorum arte didicisses; vel ea, quæ subsecivis horis ex amœnioribus Poëtarum lusibus hausisses: Tantam scio & tam lautam supellectilem non esse in Jurisconsultorum instrumento:

penè enim infiniti laboris eſt ipſa per ſe Legum noſtrarum ſcientia: multa ille memoriâ continet, cui hæ penitus notæ ſunt: at Tibi ſemper nihil eruditionis ſatis viſum eſt, cui aliquid addi poſſet; illa igitur omnia ita propria Tua feciſti, ut quâcunque de arte ſermonem haberes, videri poſſes non inertem & ingloriam vitam egiſſe, ſi nihil aliud ſcires. Hæc teſtis loquor, hæc gratus aliis cognoſci velim: de cæteris tuis virtutibus, quæ in conſpectu omnium poſitæ ſunt, quaſque ad publicas res gerendas affers, mihi prorſus tacendum eſſe cenſeo: multâ enim cum laude,

de, minimâ cum invidiâ sextum jam annum agens difficile illud & arduum summi Magnæ Britanniæ Cancellarii munus exequeris: nôrunt jam omnes qualis in Tribunali Judex, qualis in Procerum consessu Præses emineas: quàm incorruptus sanctusque, & tamen quàm dulcis sis; quàm nullum laboris genus refugias, & tamen quàm semper vacuo esse animo videaris: mea igitur vox hîc publicæ voci cedat necesse est, ne in tanto bonorum plausu consensuque ego id solus velle videar, quod omnes sibi jure faciendum putant: Officii mei magis est, ut

gratias

gratias referam ob ea benevoli animi indicia, quæ mihi quotidiè ferè ostendisti: Parentis enim me potiùs, quàm Patroni, more fovisti; multisque ex beneficiis, quibus Tibi obstrictus sum, satis apparet, quàm constanti & diuturno amore eos prosequeris, quos felici Amicorum tuorum nomine ornatos esse velis: Nihil verò magis postulat, ut gratum me præstem, ut (salvis omnibus Religionis officiis) totus Tuus sim, quàm nuperrimum illud, quo jam fruor, benevolentiæ & amicitiæ signum: Vereor equidem, ut omnes tantæ Parœciæ, cui me præfecisti, cu-

ras dignè ſatis ſuſtineam, ut tuam expectationem & ſpem (fortaſſe paulò, quàm par erat, majorem) de me conceptam expleam: ſed fixum animo meo & immotum (favente Deo) ſedet, nequid refugiam, quod poſſint aut vires meæ, aut naturæ, quantulæcunque ſint, dotes: ut Regis, Patriæ, Eccleſiæ noſtræ commodis ſerviam, me dedam: ſiquid adjumenti per me his importari poſſit, eò libenter omnes labores mei ſe convertent: ſic & Tibi & Officio meo ſatisfaciam; ſic ex animo & Tuo & Meo vitæ curſum inſtituam, ſic (id quod mihi

ſemper

ſemper in votis eſt) Tui non omnino diſſimilis futurus ſum. Interim plac[illegible], id eſt, quotidiano tuo vultu hos ſtudiorum meorum fructus tibi humillimè offerri patiaris; ſiquos lapſus ex incuriâ in hanc Editionem Longini obrepſiſſe videas, eodem eos modo, quo in aliis ſcriptis meis diu ſoles, inter legendum notes, meumque judicium ſaniori tuo judicio, quaſi normâ, dirigas: hoc mihi cordi futurum eſt; cùm enim in ſcribendo primum ſit, ut quis optimis judicibus placere ſe ſciat; proximum eſt, ut optimi illi judices, ubi quid ipſis parum placet, ſignificent

qui-

quibus de causis non probetur, & quo modo emendari debeat: Permittas mihi, Vir illustrissime, ut hanc de Te spem habeam; nequid beneficii, quod à Te accipi possit, genus Mihi deesse videatur, quem tot beneficiis jam effeceris

Tui observantissimum

Tibique devinctissimum

Cal. Maii, 1724.

ZACHARIAM PEARCE.



LECTORI.

CUM Tibi in manum trado Longini de Sublimitate Commentarium, sciri velim quot qualesque Editiones meam præcesserint, quibus de causis hanc suscipiendam censuerim, quidque ipse in illâ exornandâ perfecerim.

Franciscus Robortellus Utinensis primus hoc Longini opusculum ex Bibliothecarum latebris in lucem protulit & impressit Basileæ 1554: *anno verò subsequente illud idem ex MSto Bessarionis edidit Venetiis Paulus Manutius Aldi filius, omnino nescius aliam Editionem suæ antecessisse: ad eam Manutii Editionem finxit suam Fr. Portus Cretensis typis Crispini excusam* 1570, *quam & reliqui omnes secuti sunt, qui in hoc Longini Commentario limando elaborârint. Primus verò omnium Gabriel de Petra, Græcæ linguæ Professor in Academiâ Lausannensi, hunc libellum Latinâ Versione donavit, eamque unà cum textu Græco im-*

pressit

pressit Genevæ 1612: *hanc autem Gabrielis de Petra Editionem iterum imprimendam curârunt Ger. Langbænius Oxoniæ* 1638, & *Tanaqu. Faber Salmurii* 1663: *quorum ille multis & longè omnium doctissimis Annotationibus opus illustravit; hic verò suæ Editioni Notulas quasdam legenti utiles jucundasque inseruit, uberiores (ut ipse promisit), si vixisset, daturus: De Editione Bononiensi factâ* 1642, *quæque Editioni Fabri antecessit, melius est tacere, quàm (id quod loquenti necesse esset) malè dicere. Hos omnes multo interjecto tempore secutus est Jacobus Tollius; qui textum Græcum Longini sæpiùs ex MStis emendavit, sæpiùs ex aliorum suisve conjecturis mutavit: qui etiam, cum veteris illius Versionis Latinæ vitia innumera & barbariem ferè continuam videret, aliam ipse Versionem Latinam sibi faciendam statuit: hanc igitur unà cum textu Græco impressam, Notis omnium superiorum in unum congestis, multisque à se ad illustrandum & emendandum Auctorem adjectis, edidit Trajecti ad Rhenum anno* 1694. *Posteà verò istam Tollianam Editionem in brevius coëgit celeberrimus J. Hudsonus, jussitque prodire Oxoniæ* 1710, *alterâque vice* 1718: &, *ut minori esset formâ suus liber, omnes ferè Tollii aliorumque Notas, præter Criticas, omisit, periodosque in Versione Latinâ Tollii nimiùm se profundentes in arctius redegit.*

Hab

Habes jam, Lector, omnium (opinor), quæ meam præcesserint, Editionum & ordinem & numerum: quibus de caussis novam susceperim, quidque in eâ perfecerim, paucis nunc accipe. Græcum quod attinet textum, vulgatum illum Manutii ubique secutus sum, nisi ubi me aliò duceret Editionis primæ & MStorum auctoritas: cum enim Manutius in initio suæ Editionis dicat se multa præclarè emendasse, *nec tamen Lectori notum usquam faciat, quæ sint MSti Lectiones, quævè suæ Conjecturæ, multum de fide ejus Editionis detrahendum censeo: nimium sanè sibi hic indulsit, ideòque minus utilis fuit Editor: cum enim ille multâ scientiâ & lectione vir sciret, quibus ex Auctoribus & ex quâ illorum operum parte omnia ea loca petenda essent, quæ ex veteribus Scriptoribus citaverit Longinus, non ea ad fidem sui MSti, quo more Robortellus, impressit; sed ita immutavit, ut per omnia vulgatis eorum veterum Scriptorum Editionibus convenirent. Ne verò temere hoc dictum videatur, en exemplum, quo id probaturus sum: in Sect.* 32. *Græcus textus Manutii exhibet hæc verba,* πάντα (φησὶ) κατεσκίασαν, περιβολὴν τὴν ἔξωθεν τὴν σάρκα, οἷον τὰ πηδήματα, περιθέμενοι: *at inter errata Typographica ad finem sui libelli notata Lectionem sequentem, tanquam veram, posuit,* πάντα αὐτά (φησι) κατεσκίασαν ἄνωθεν, τὴν δὲ σάρκα περιβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμά-

των, οἷον τὰ πιλητὰ ἔσωθεν κλήματα, σώμασι μαλακῶς καὶ φορῶς ὑπείκουσιν: *postrema hæc Lectio omnino iis quadrat, quæ apud Platonem in Timæo occurrunt; at prior illa Lectio in Editione primâ & omnibus MStis reperitur: censeo igitur hinc satis constare, quòd Manutius priorem illam ex suo MSto hauserit; posteà verò, inspecto Platonis loco citato, Longinum hîc ex Platone (ut ipsi visum est) emendârit, at (ut mihi) malè mutârit: neque enim adduci possum, ut credam Manutium tot verba temere in textum, aut aliâ quàm sui MSti auctoritate, primò admisisse, præsertim cum ea in cæteris omnibus MStis occurrerent. Et si semel hoc fecisse probatur Manutius, cur non illum passim ferè hoc fecisse credamus, cum in locis à veteribus Scriptoribus citatis multum à MStorum Lectione recedentem videamus? Negari quidem non potest quin, si MStus ille in Bibliothecâ S*[ti] *Marci Venetiis adservatus idem sit, quem Manutius (uti videtur) secutus est, quemque MStum Bessarionis appellat; negari, inquam, non potest, quin ea, quæ de Manutii Editione dixerim, vera sint; codex enim ille S*[ti] *Marci multis in locis cum cæteris codicibus scriptis convenit, à Manutianâ verò Lectione dissentit. Scilicet clarissimus ille alioqui vir sibi in animum induxit suum Longini MStum errâsse, ubicunque exhibuerit loca Herodoti, Platonis, Demosthenis &c. aliis verbis, quàm quæ istorum Scriptorum Editiones hodiè*

præ

pra se ferunt. At huic non facilè assentior; neque enim aut Longino aut aliis priorum sæculorum Scriptoribus videtur usitatum fuisse accuratè fideque satis verba citare: imò nusquam (si benè memini) Longinus per totum suum Commentarium cujusvis Auctoris locum iisdem verbis (modò pluribus, quàm duobus aut tribus, consisteret) exhibuit: nec aliter ab aliis Scriptoribus factum video: si enim sensum Auctoris, & præcipua citatæ sententiæ verba ob oculos Lectoris ponerent, de cæteris minus soliciti fuêre: accurata hæc citandi diligentia, quâ hodie utimur, quæque laudabilis sanè est, frustra in veteribus quærenda est; non ita pridem in literariam Rempublicam importata est: nostræ consuetudini, posteriorum sæculorum mori debetur: de quâ re si quis dubitet, veteres hoc animo consulat Auctores, & inveniet (ni multum fallor) non solùm Longinum, sed cæteros summos Scriptores, in hôc ne non dico errâsse, sed multum ab eo, quod jam facimus, plerumque abiisse: vellem igitur hoc Cl. nostro Whistono in mentem venisset, qui, cum nonnulla veteris Testamenti loca inveniat non verbum verbo in Novo Testamento reddita, aliam, prorsus aliam sibi V. T. Lectionem, quæ cum Lectione N. T. melius conveniat, multo cum labore, nonnullâ (vereor) cum temeritate excogitat: Sed hoc obiter dico; neque enim meæ scriptionis hujusque temporis est aut Manu-

tium aut nostrum Whistonum culpare, sed hujus Editionis rationem Lectori reddere.

Novam præterea hujusce Commentarii Versionem Latinam feci & imprimendam curavi; nec tamen Tollianam illam non laudandam censeo: at (verum fateri liceat) illa non mihi se satis probat; Tollius enim stili Ciceroniani amantissimus videtur sensum Longini pluribus, quàm necesse fuit, verbis dilatâsse & attenuâsse: præ nimio studio longiores periodos proferendi, Lectorisque aures implendi ita multa loca obscuravit, ut minori (opinor) labore intelligendus sit Longinus, quàm Tollius. Velim Interpretem fidum esse, sed non sui ostentatorem; sit modo ejus dictio Latina, sint verba sensum Græci auctoris clarè breviterque exprimentia, non quæro an Versio ornatum præ se ferat; neque enim legenda, sed consulenda est illa, ut de vi Græcorum verborum ignaris præsenti sit auxilio: De iis hîc Versionibus Latinis intelligi velim, quæ unà cum Græco Auctoris textu imprimuntur: de cæteris enim, seorsim editis, qualis est Gallica illa Celeberrimi Boilavii Versio, longè aliter se res habet: in his & ornatum & elegantiam quærimus; in his sensum magis quàm verba paria paribus respondentia spectamus: nec possit ille Interpres omnino placere, qui non (prout ejus Linguæ, quâ utitur, postulat ratio) aliqua immutat, corripit, dilatat, ut ipsam vim spiritumque Auctoris ob oculos legentium ponat.

Sæpius

Sæpius licet Textum Græcum mutârim, vel potius emendârim, nihil meum, (si excipias unum aut alterum), quâcunque fretus ratione, illi inserui: MStorum auctoritatem ubique ferè secutus sum; rationes verò Textûs immutati paginis singulis subjeci, &, quæ lectio esset Manutii, sive (ut eam sæpius voco) vulgata, passim Lectores monui.

Totum insuper Commentarium Notis illustravi; quarum partem ex Fabro, Langbænio, aliisque, earum auctoribus nominatis, mutuatus sum; longè verò majorem partem ex proprio penu hausi: Interim non id in Notis (ut vulgò solet) mihi faciendum censui, ut solùm Auctoris verba sensumque explicarem, & obscuris locis lucem darem; sed Latinos Auctores eodem modo, quo Longinus Græcos, examinandos protuli, & ubique ejusdem Sublimitatis generis exempla ex Virgilio, Cicerone, Sacris Scripturis &c. collegi; paria paribus objeci, fecique ut Lector (temerè potiùs an cum judicio, ipse videat) easdem scribendi virtutes, eademve vitia Sublimitati contraria in Latinis Scriptoribus vel collaudare mecum unà posset, vel culpare.

Suprà memoratas Editiones omnes in hoc opere perficiendo ad manus habui: quibus inspectis & perlectis omnium ferè mendarum ortum planè vidi; mihique sæpius apparuit, quis Editor vel consultò vel errore Typographico quemlibet Longini locum malè mutârit, & sequentes Editores secum unà de recto Lectionis tramite deflexerit. Versionem

nem etiam Gallicam (nobilem quidem & purum, sed quam non semper fidam satis esse opinor) ob oculos meos posui, & quascunque Notas Boilavius ipse, aut Dacierus & Boivinus illi addiderint, eas diligenter perlegi, &, ubi operæ pretium fuit, in meam Editionem recepi: Imò mihi comparavi Conradi Samuelis Schurzfleischii animadversiones in Longinum, utiles quidem tum ob doctrinam, quam sæpissimè ostentant, tam ob variantes Lectiones, quas ille ex MSto Ambrosiano collectas in lucem protulit.

Præterea duos Indices huic operi subjeci; quorum prior, qui voces phrasesque in Commentario de Sublimitate occurrentes continet, multo auctior & emendatior jam prodit.

De MStis, quibus hìc usus sum, postremo in loco dicendum judicavi. Ambrosiano illo, qui in Bibliothecâ Mediolani extat, quemque prædictus Schurzfleischius contulit in chartâ (ut ait) bombycinâ manu, si non vetustissimâ, satis tamen antiquâ, & quidem in formâ majoris ordinis scriptum, primus ego in edendo Longino usus sum: Diligenter etiam perlegi & ad examen vocavi omnes eas variantes Lectiones, quas ex MSto Eliensi collectas suæ Editioni subjecit Hudsonus, & quas ex tribus MStis Vaticanis à Zacagnio collectas ad finem sui libri Tollius imprimendas curavit. Sed ante omnes MStum Parisiensem consulendum putavi, qui sexcentos annos habere creditur, quemque

dicit

dicit Cl. Boivinus omnium, qui nunc extant, exemplar esse: Græco igitur cuidam homini docto, & in his rebus multum versato, qui Parisiis tunc habitabat, nunc verò Londini, eas partes tribui, ut MStum illum diligentissimè cum vulgatâ quâdam Editione conferret, & variantes Lectiones in margine illius notaret; hoc ex animo meo fecit, & vulgatam illam Editionem accuratè collatam ad me transmisit; addiditque etiam specimen quoddam fidum scripturæ MSti illius, quod, cum delectamento esse Lectori fortasse poterit, sic excudi placuit. Ex iis, quæ mihi narravit idem ille Græcus, & quæ literis tradidit Cl. Boivinus, hæc, quæ sequuntur, de veteri illo MSto Parisiensi dicenda habeo: Nulli Sectionum tituli, quos hodiè habent Editiones, ibi inveniuntur: imò Sectionum divisionem, quâ utimur vulgò, frustra illic, nisi admodum recenti manu notatam, quæras. Interim

Bibl. Reg. Num. 3083.

longè alia & eâdem, quâ MStus ipse, manu scripta,
84 *extat ibi operis hujus divisio; nam in pag.* ~~50~~ *è regione verborum* Ἄλλη τις παρὰ τὰ εἰρημένα ὁδὸς ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τείνει *extat in margine vetustâ manu*
106 *scriptum* B̅; *similiter in pag.* ~~64~~ *è regione verborum* Αὐτόθι μέντοι καὶ ὁ περὶ σχημάτων *reperitur* Γ̅:
158 *& in pag.* ~~96~~ *ubi occurrunt hæc verba* Ἐπειδὴ μέντοι ἡ τοῦ λόγου νόησις, *in margine apparet* δ̅: *deni-*
208 *que in pag.* ~~106~~ *ad verba* Ἡ πέμπτη μοῖρα τῶν συντελουσῶν εἰς τὸ ὕψος, *margini illius MSti (ut in Specimine possis videre) affigitur id, quod idem valet ac* E̅. *Sed & alia eaque majora nos docet MStus ille: qui (ut testatur idem Boivinus) triginta plagulis (Angl.* Sheets) *constat, quarum viginti tres priores, singulæ octo folia habentes, Problemata Aristotelis continent: solæ verò septem posteriores ad Commentarium Longini de Sublimitate spectant, quarum nullæ pleno illo numero fruuntur octo foliorum, quibus constant viginti tres priores; omnes enim non nisi triginta folia constituunt: plagulæ vicesima quarta, sexta, septima & nona (notata ibi* κδ, κϛ, κζ, κθ) *sex solùm folia habent, duobus mediis amissis; plagula vicesima quinta omnino deest, sed, cum duo illius plagulæ folia extarent eo tempore, quo ex hoc MSto reliqui olim descripti erant, sex solùm ejus folia jam perierunt: plagula vicesima octava (notata* κη) *non habet plura quàm quatuor folia, totidem mediis amissis; tricesima verò & ultima plagula*

tribus

tribus solùm foliis constat, quæ & continua sunt, & ita usque ad ultimam lineam ultimæ paginæ scripturâ impleta, ut in dubium venire possit, quantum ex hâc postremâ perierit, hæc sunt ferè ea omnia, quæ de hoc MSto Boivinus observârit: sed ut melius, Lector, possis cognoscere, quibus in locis his MStus deficit, & (si ex plagulis illis, quæ ad Aristotelem spectant, has, quæ Longinum continent, metiaris) judicare, quantâ hoc opus jacturâ ad nos pervenerit; en Schema quoddam mihi à suprà dicto homine Græco missum, quod ostendit & ubi desinunt, & ubi incipiunt singula illa triginta MSti folia, quæ hunc Longini Commentarium continent;

PLAGULA PRIMA.

Sic desinit	Sic incipit
Fol. 1, ἀνεκελάδισω καὶ ἤμας τι τε--	Fol. 2. εἰ ὕψους παῦλας
2. ἐπὶ τῶν λόγων εἴποιμεν, ὡς ἡ μὲν.	

In MSto hîc scribitur λείπει *& Latinè* desunt duo folia, *sed videntur potiùs tria folia deesse.*

Sic desinit	Sic incipit
	3. καὶ καμίνου χῶσι μάλιστον
3. τοῦ ξένας νοήσεις - - - - - -	4. ἐκ κινῶν πολλάκις
4. ἀφ' ὧν γὰρ ἡμῖν τάγα - - -	5. θὲ σχεδὸν ἀπ αὐτῶν τούτων
5. περὶ τὰς νοήσεις ἁδρεπήβολοι--	

PLAGULA SECUNDA.

Hîc in MSto recentiori manu scriptum occurrit λείπει *& Latinè* desunt folia octo.

PLA-

PLAGULA TERTIA.

6. ἐν ᾗ φάσι καὶ ὄλβαστν

6. ἡ σοὶ γνώριμον, ὡς ἡ ἀπα - - 7. κῆμα τοῦ πάθους ἐν τοῖς

7. ὀλίγον γὰρ διὰ ξύλον αὐτοῦ ἐ - - 8. ῥύκον πλὴν μικρὸν αὐτὸ

8. ἡ μὲν τὸ ζητούμενον ἐκεῖθεν : :

Desunt hic duo folia.

9. πλεονάστατα καθάπερ τε

9. ἀπόῤῥοιαί τινες φέρονται, ὑφ᾽ ἂν 10. πνεόμενοι καὶ οἱ μὴ λίαν

10. οὐκ ἂν λάθοι σε, οὐδ᾽ ὅτι τ - - 11. μὲν ἐν ποιήσει τέλος

11. παρὰ τοῖς ποιηταῖς μυθικωτέ--

PLAGULA QUARTA.

12. [illegible] ἔχει τὸ [illegible]

12. περικινδυνεύσαντας, φαίνεται

δὲ ἐ - - - - - - - - 13. νος τοῦ ὁμοτικοῦ σχήματος

13. κατασοφίζεσθαι καὶ κατάφορ- 14. [illegible] ἑαυτὸ λαμβάνων

14. Ἡροδότειον πεπίστευται, εἰ οὕτως ἐ-

In MSto hic scribitur λείπει: duo folia videntur deesse.

15. πλοκὰ συμπίπτει καὶ

15. οὐδ᾽ ἂν ἐπιθεῖν τιν ὄψιν δυ-- 16. παῖδ ἐκδοῦναι συμπίπτοντες

16. ἑρμηνευτικά φημι γὰρ [illegible] κα-- 17. τὰ [illegible] ἀριθμοὺς ὑ

17. πόλεως ἄνω πλάσσεσθαι καὶ----

PLAGULA QUINTA.

18. ἔπειτα ἀφίξῃ εἰς πεδίον

18. ἐν μουσικῇ διὰ τῶν παρα---- 19. φώνων καλουμένων ἐ χύσεως

19. πλὴν ἐν μὲν ποιήσει καὶ ἐ----

In MSto hîc scribitur λείπει, *& desunt quatuor folia.*

20. θρε πτικώτατον καὶ
20. ἡδονὴν ἀνθρώποις ἐστὶ καλὸν -- 21. δέλεαρ γλῶσσαν γὰρ
21. τῷ ὄντι καθαρὸν τινα συγ---

Plagula Sexta.

22. γεχρέα καὶ ἀνέγκλητον
22. πάντα ἔξω γε τῆς συνθέσεως --- 23. μιμεῖσθαι τὰ Δημοσθένεια
23. πολλάκις ὅρους ἐκβαίνουσιν αἱ -- 24. ἐπίνοιαι· καὶ εἴ τις
24. ἐκείνη μόνον παραλλάττουσαι --

In MSto hîc scribitur λείπει, *& (ut videtur) duo desunt folia.*

25. σοι καὶ αἱ τοιαῦται
25. ὅσα γε τῆς θεωρίας - - - - 26. ἣν ἡμῖν ἐφικτὰ
26. τέλειον σύστημα· οὕτως τὰ μά-27. λα σκεδασθέντα μὲν
27. κατὰ μὲν τὰ λήμματα δαι---

Plagula Septima.

28. μονίως ὁ χειμὼν
28. ὕψεσιν... παρὰ καὶ ξυνεισμένα-29. ἂν μὴ σφόδρα ὑπὸ
29. εἰρήνη διαφθείρει τὰς μεγά--30. λας φύσεις· πολὺ γὰρ
30. ἣν γὰρ ταῦτα τὰ πάθη, ἀεὶ ὤν.

Habes hîc, Lector, ea omnia, quæ de MSto illo Parisiensi observatu digna sunt; cujus auctoritatem me magni facere & plerumque sequi in Emendationibus videbis. De variantibus Lectionibus hujus MSti Parisiensis hoc insuper dicendum puto; Tollium, qui dicit se usum fuisse codice quodam, in quo notârat Vossius omnes illius MSti

Lectiones à vulgatis dissentientes, semper ferè errâsse, & conjecturas ipsius Vossii, (ut mihi videtur) in ejus codicis margine scriptas, pro variantibus Lectionibus illius MSti protulisse.

Tandem, Lector, post octavum annum altera hujus Commentarii à me & illustrati & emendati prodit Editio; formâ quidem minor, sed Notis auctior & instructior: paucula enim immutanda, nonnulla addenda saniori, ut spero, judicio censui. Et jam ad finem perductum opus parabam in manus tradere Nobilissimo viro Thomæ *Comiti de* Macclesfield, *cui & hunc Laborem dicâram, meosque omnes insuper dicandos destinâram. Sed quantâ de spe quàm brevi tempore me dejectum vidi! ille interim subitâ morte extinctus est, vir omni ex parte dignus, cui diuturnior vita contigisset. Tum verò, cum morienti adessem, expertus sum meum illud de divinis ejus animi Virtutibus judicium plenissimè comprobatum fuisse: quantâ enim constantiâ, & gravitate, quo contra dolores robore festinanti morti occurrit! sanctissimæ soli, & benè actæ ex præceptis veræ Religionis vitæ talis debetur exitus. Felicem verò illum prædicemus, qui sic vixit, ut se non frustrà vixisse jure speraret; sic mortuus est, ut qui se non frustrà mori valdè existimaret.*



DE



De VITA et SCRIPTIS

LONGINI.

DIONYSIUS LONGINUS, hujus Commentarii de SUBLIMITATE Auctor, à Suidâ appellatur Longinus Cassius, (nam falso dicitur à * Sellero legi in Mediolanensi Suidæ Editione Cassimus): matri ejus nomen fuit Phrontonis, nomen verò patris ignotum est: avunculum habuit Cornelium Frontonem Oratorem (Plutarchi nepotem), qui eloquentiam magnâ cum laude Athenis docuit: de patriâ Longini inter doctos multum disputatur: sed mihi quidem placet Joannis Jonsii conjectura, qui eum Atheniensem censet fuisse. Videtur in pueritiâ avunculum suum habuisse in dicendo magistrum, qui & ejus studiorum curam susceperit, & eum Athenis moriens hæredem reliquerit: adolescens jam factus unà cum parentibus suis plurimas re-

* In libro de Antiqu. Palmyræ, p. 288. Edit. Lond. 1696.

giones

giones (ut * ipse testatur) perlustravit, & ut Philosophiam disceret, plerosque viros istius sæculi celeberrimos, in quibus Ammonium & Origenem, invisit & audivit: Tandem Athenas rediit, ubi cum hunc de Sublimitate Commentarium edidisset, in tantum nomen ejus inclaruit, ut ei publicè potestas de veteribus scriptis judicandi fuerit permissa: si quis vetustum quendam Auctorem in aliquâ parte reprehendisset, non rata priùs habita fuit opinio, quàm illam confirmâsset Longini judicium. Cum Athenis habitaret, celeberrimum illum Porphyrium habuit discipulum tum in Philosophiâ, tum in literis humanioribus: Quotidiè cum doctissimis viris versatus est: ut quisque vel Athenis, vel in aliâ orbis parte doctrinâ floruit, eum hospitio Longinus excepit, aut Epistolis hinc inde missis cum eo communicavit. Multa scripsit tum de Philosophiâ, tum de rebus ad Philologiam spectantibus: tanto verò honore Platonem prosecutus est, ut quotannis ejus diem natalem (usitato illius temporis more) celebraret. Jam tanti viri nomen latere non potuit; ubicunque aut severiora studia floruerint, aut sanum de veterum scriptis judicium delectationi fuerit, fama & opera Longini celebrata erant: hinc nobilissima illa Zenobia, Palmyrenorum

* Vide Fragmentum quintum.

Regina,

Regina, eum accersivit, ut filios ejus omni eruditione optimus ille magister imbueret: Hujus igitur hortatu reliquit Athenas, & Palmyram civitatem illam omni admiratione dignam adiit: Hîc cum paululùm esset commoratus, Zenobiæ adeò placuit, ut illum non solùm puerorum in literis addiscendis, sed sui etiam in rebus publicis administrandis adjutorem esse vellet: perspexit illa Longini ingenium belli ac pacis artibus pariter idoneum, viditque eum tam in consilio de rebus publicis dando, quàm in judicio de veterum scriptis ferendo sapere: Cum igitur Zenobia novis rebus studeret, multaque pro libertate suorum civium contra Aurelianum moliretur, Longini consiliis usa est; Aurelianus his cognitis bellum Syriæ intulit, magnoque exercitu parato, Zenobiæ copias in fugam vertit, ipsamque in urbe Palmyrâ obsedit: deinde nuncium illi misit, qui ut ipsa se Aureliano dederet, postularet: illa verò viriles animos in fœmineo pectore gerens, & auxilio Longini libertatis semper amantissimi usa ad hunc modum (ut testatur Vopiscus) Imperatoris literis respondit: " Nemo adhuc, præter Te, " quod poscis, literis petiit: virtute faciendum " est, quicquid in rebus bellicis est gerendum: " Deditionem meam petis, quasi nescias Cleo- " patram reginam perire maluisse, quàm in " quâlibet vivere dignitate: nobis Persarum

" auxilia

"auxilia non desunt, quæ jam speramus; pro "nobis sunt Saraceni, pro nobis Armenii: La-"trones Syri exercitum tuum, Aureliane, vi-"cerunt, quid igitur si illa venerit manus, quæ "undique speratur? pones profectò superci-"lium, quo nunc mihi deditionem, quasi om-"nifariam victor, imperas."

His literis perlectis, Aurelianus iratus copias, quas Zenobia sibi affuturas speraverat, aut venientes profligavit, aut pecuniâ, ne adessent, corrupit: Palmyrâque vi expugnatâ Zenobiam multosque, in quibus Longinum, quorum consiliis usa esset, captivos fecit: Zenobiæ reginæ veniam dedit; at Longino, quippe quem istas literas dictitâsse credidit, adeò infestus fuit, ut eum statim interfici juberet. Longinus, intellecto Aureliani imperio, ut mortem oppeteret, suæque Zenobiæ dignitati non superesset, libens se paravit: nec fletum, nec timorem vultu ostendit; sed quæ, & quanta à Philosophiâ didicerat, ea omnibus nota facere moriens in animo habuit: amicos igitur casum illius lamentantes consolatus est, periitque extremâ prope voce eos, qui adessent, ad hunc modum compellans; "Si terra non aliud quàm magnus qui-"dam carcer existimari debeat, eum felicissi-"mum esse, qui primus in libertatem vindice-"tur."

Sic

Sic periit Longinus, *vir* (ut dicit Porphyrius) *omnium Criticorum maximus*, & quem ſui temporis homines *vivam quandam Bibliothecam*, & *ambulans Muſæum* vocaverunt. Multa quidem ſcripſit tum in Philoſophiâ, tum in arte Criticâ, quorum nihil (ſi hunc de Sublimitate Commentarium & paucula excipias Fragmenta) ad nos pervenit: Lectori verò nomina & titulos eorum, quos ſcripſit, librorum libet hîc apponere.

1. Περὶ τῶν (vel τοῦ) κατὰ Φειδίου. Fortè Μειδίου, contra quem Demoſthenes ſcripſit; vel potiùs Μηδίου, hujus enim nominis Philoſophum memorat Longinus in Fragmento quinto.
2. Ἀπορήματα Ὁμηρικά. Vide Scholiaſt. ad Homer. Il. β'.
3. Ει φιλόσοφος Ὅμηρος;
4. Προβλήματα Ὁμήρου καὶ λύσεις.
5. Τίνα παρὰ τὴν ἱστορίαν οἱ γραμματικοὶ ὡς ἱστορικὰ ἐξηγοῦνται;
6. Περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινουσῶν λέξεων.
7. Ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις β'.
8. Λέξεις Ἀντιμάχου καὶ Κλέωνος (γρ. Ἡρακλέωνος.)

Horum omnium meminit Suidas.

9. Περὶ ἀρχῶν: hujus libri mentionem facit Porphyrius.

10. Πρὸς Πλωτῖνον καὶ Γεντιλιανὸν Ἀμέλιον περὶ τέλους.

11. Πρὸς τὸν Ἀμέλιον ἐπιστολή.

12. Περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα δικαιοσύνης.

13. Εἰς τὴν ῥητορικὴν Ἑρμογένους.

14. Περὶ τῶν ἰδεῶν.

15. Προλεγόμενα εἰς τὸ τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐγχειρίδιον.

16. Πρὸς τὴν τῶν Στοϊκῶν περὶ ψυχῆς δόξαν ἀντίῤῥησις.

Hos à Longino ſcriptos fuiſſe videre eſt in Fragmentis.

17. Περὶ ὕψους.

18. Περὶ συνθέσεως λόγων.

19. Περὶ παθῶν.

20. Τὰ περὶ Ξενοφῶντος.

Horum trium mentionem ipſe facit Longinus in Commentario de Sublimitate.

21. De aciebus bellicis. Hunc librum, quem Romæ ſervari refert Geſnerus in Biblioth. Abr. Sellerus cenſet Longinum ſcripſiſſe, dum Palmyræ cum Zenobiâ viveret.

22. Περὶ ποιητῶν. Hoc opus Scholiaſtes Nicandri tribuit cuidam Dionyſio Phaſelitæ.

23. Κριτικά. Laërtius in Thalete citat Dionyſium ἐν Κριτικοῖς.

24. Ὀδαί-

24. Ὀδαίνατος ὁ λόγος: hujus meminit Libanius, & Longino tribuit.

25. Φιλολόγους Longini citat Auctor Anonymus vitæ Apollonii.



In Notis & Emendationibus.

Robort. ſignificat Editionem Robortelli.
Manut. Editionem Manutii.

Par. MStum in Bibliothecâ regiâ Pariſiis ſervatum.

Ven. MStum in Bibliothecâ Sti Marci Venetiis.

Ambr. MStum in Bibliothecâ Ambroſianâ Mediolani.

Vat. MStos tres in Bibliothecâ Vaticanâ Romæ, qui numeris primo, vel ſecundo, vel tertio diſtinguuntur.

El. MStum in Bibliothecâ Johannis Moore nuperi Epiſcopi Elienſis, nunc verò in Bibliothecâ Academiæ Cantabrigienſis ſervatum.

Dudith. MStum, qui olim Andreæ Dudithii fuit, & cujus variantes Lectiones Fr. Portus Cretenſis putatur in ſuæ Editionis margine notâſſe.

DIO-

ERRATA.

In Præfatione.

Pag. 24. lin. 2. lege 84.
Ibid. l. 5. lege 106.
Ibid. l. 7. lege 158.
Ibid. l. 9. lege 208.

In Textu.

Pag. 50. l. 10. lege ἠγνοίησεν.
Pag. 70. l. 4. lege κακῶς.
Pag. 236. l. 4. lege καὶ σακκία.

In Notis.

Pag. 82. col. 1. l. 12. lege διακληρονομούμενον.
Pag. 112. col. 2. l. penult. dele 110.
Pag. 118. col. 1. l. 5. lege 96.
Pag. 170. col. 1. l. 7. dele *rectiùs fortasse*, & in fine Notæ adde, Nec aliter legisse Cicero videtur, cum in Senect. dicit, *Diuinus Plato escam malorum appellat voluptatem.*
Pag. 200. col. 1. l. 18. dele, videtur
Pag. 208. col. 1. l. 3. lege Λακεδαιμονίων
Pag. 211. col. 2. l. 19. lege ἄμυσος
Pag. 214. col. 2. l. 20. lege, quo paulò.
Pag. 222. col. 2. l. 6. lege ἀποκυλίσματι
Pag. 224. col. 2. l. 11. lege, aptus est
Pag. 230. col. 2. l. 12. lege, de mutatione
Pag. 242. col. 1. l. 1. lege, Ita Editio pr.
Pag. 274. col. 2. l. 2. dele ἀλλὰ

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΛΟΓΓΙΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΥΨΟΥΣ.

DIONYSII LONGINI

DE SUBLIMITATE

COMMENTARIUS.



ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΛΟΓΓΙΝΟΥ

ΠΕΡΙ

Υ Ψ Ο Υ Σ.

Sect. I. Ο μὲν τοῦ Κεκιλίου συγγραμμάτιον, ὃ περὶ Ὕψους συνετάξατο, ἀνασκοπουμένοις ἡμῖν, ὡς οἶσθα, κοινῇ, Ποστούμιε Τερεντιανὲ φίλτατε, ταπεινότερον ἐφάνη τῆς ὅλης ὑποθέσεως, καὶ ἥκιστα τῶν καιρίων ἐφαπτόμενον, οὐ πολ-

NOTÆ, & EMENDATIONES.

Περὶ ὕψους] Rectè deest Manutianum illud λόγου post ὕψους in MSis Par. Ambr. Ven. & Vat. 1. itemque in Editione primâ, & defuit olim (ut videtur) in MS. Vat. 3. Longinus dicit paulò infrà se περὶ ὕψους ὑπομνηματίζεσθαι, & in Sect. 36. vocat hoc ipsum opus ὑπόμνημα: quapropter post voces *de Sublimitate*, addidi in Versione *commentarius*: ὑπόμνημα enim est aliquid scriptum ad subsidium memoriæ: ut nos docet Ammonius in Arist. Categ. ὑπομνηματικὰ ἐκεῖνα καλοῦσιν, ὅσα πρὸς οἰκείαν ἀποσημαίνονται ὑπόμνησιν. Modestum igitur se exhibet Auctor noster, qui hoc ipsum vocat Commentarium, cum sit opus plenum omnibusque numeris absolutum.

Lin. 1. Τοῦ Κεκιλίου.] Omnes ante Tollium Editiones, necnon MSi Par. & Ambr. habent Κεκιλίου, non Καικιλίου: neque aliter apud Plutarchum sæpiùs, & apud Dion. Cassium hoc nomen scriptum reperitur. Cecilius hic fuit Rhetor Siculus; vixit sub Augusto, fuitque Dionysii Halicarn. familiaris: pri-



DIONYSII LONGINI

DE SUBLIMITATE

COMMENTARIUS.

CÆCILII libellum, quem de Sublimitate composuit, perpendentibus nobis (ut scis) unà, Posthumi Terentiane charissime, humilioris stili esse visus est quàm *postularet* argumenti materia, & præ- *Cæcilii libellum de Sublimitate esse imperfectum, & quare.*

NOTÆ, & EMENDATIONES.

primus creditur de sublimi genere dicendi scripsisse.

L. 3. Ποςύμιε Τερεντιανὲ] Editio prima, & MSi Ven. Ambr. & Vat. tres, habent Ποςύμιε Φλωρεντιανὲ : & ad eundem modum legimus in MSo Par. quamvis dicat Tollius ibi legi Ποςύμιε Φλῶρε Τερεντιανὲ : Nescio, suâne id fecerit incuriâ, an Vossii, cujus codice cum MSo Par collato usus est ; sed semper ferè deceptus est in proferendis illius MSi lectionibus. Ex his vero supra citatis MSis Cl. Shurafleichius legendum censet Ποςῦμε Φλ. Τερεντιανὲ. ut sit nomen hujus viri *Posthumus Flavius Terentianus.*

L. 4. Ταπεινότερον ἐφάνη τῆς ὅλης ὑποθέσεως] Boilavius hæc ita explicat, *son stile est par tout inferieur à son Sujet* ; sed non placet, quia legitur τῆς ὅλης. non δὲ ὅλου : Dacierus vero sic, *ce livre est trop petit pour tout son Sujet* : sed ne hoc mihi placet, quia ταπεινότερον rarò (si quando) apud ullum celebrioris notæ Scriptorem occurrit in sensu isto *brevius* aut *minus quoad molem* ; usurpatur semper à Longino pro *humilius,*

πολλὴν τε ὠφέλειαν, ἧς μάλιστα δεῖ στοχάζεσθαι τὸν γράφοντα, περιποιεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Εἴτ᾽ ἐπὶ πάσης τεχνολογίας δυοῖν ἀπαιτουμένων· προτέρου μὲν, τοῦ δεῖξαι τί τὸ ὑποκείμενον, δευτέρου δὲ τῇ τάξει, τῇ δυνάμει δὲ κυριωτέρου, πῶς ἂν ἡμῖν αὐτὸ τοῦτο, καὶ δι᾽ ὧν τινων μεθόδων κτητὸν γένοιτο· ὅμως ὁ Κεκίλιος, ποῖον μέν τι ὑπάρχει τὸ Ὑψηλὸν, διὰ μυρίων ὅσων, ὡς ἀγνοοῦσι, πειρᾶται δεικνύναι· τὸ δὲ, δι᾽ ὅτου τρόπου τὰς ἑαυτῶν φύσεις προάγειν ἰσχύοιμεν ἂν εἰς ποσὴν μεγέθους ἐπίδοσιν, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον παρέλιπεν. Πλὴν ἴσως τουτονὶ τὸν ἄνδρα οὐχ οὕτως αἰτιᾶσθαι τῶν ἐκλελειμμένων, ὡς αὐτῆς τῆς ἐπινοίας καὶ σπουδῆς ἄξιον ἐπαινεῖν. Ἐπεὶ δ᾽ ἐνεκελεύσω καὶ ἡμᾶς τι περὶ Ὕψους πάντως εἰς σὴν ὑπομνηματίσασθαι χάριν, φέρε, εἴ τι δὴ δοκοῦμεν ἀνδράσι πολιτικοῖς τεθεωρηκέναι χρήσιμον, ἐπισκεψώμεθα. Αὐτὸς δ᾽ ἡμῖν, ἑταῖρε, τὰ ἐπὶ μέρους (ὡς πέφυκας

καὶ

lius, ut Sect. 9. Ἦν γὰρ τὸ αἴτημα τοῦ Ἥρωος ταπεινότερον: & opponitur Sublimitati, Sect. 43. Ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπὶ τὰ ταπεινότερα ὑποδιδράσκει. Lege igitur, ταπεινότερον ἐφάνη τῆς ὕλης τῆς ὑποθέσεως, *humilior visus est quàm argumenti vel rei tractatæ materia*: nam ita loquitur Dion. Halic. (quem Noster sæpius imitatur) Tom. 2. p. 68. l. 11. Ed. Francof. ἵν᾽ ἐντεῦθεν τῆς ὑποθέσεως τὴν ὕλην χορηγηθῶμεν. Itemque Josephus in Antiqu. Jud. l. 6. c. 14. Ed. Hudson. τὴν ὕλην ἡμῖν χορηγησάσης τῆς ὑποθέσεως.

L. 9. Τὰς ἑαυτῶν φύσεις] Idem hîc valet ἑαυτῶν, quod ἡμῶν: apud Græcos scriptores tam in prima & tertia, quàm in secunda persona, hæc vox invenienda est.

L. 15. Ἀνδράσι πολιτικοῖς] Quinctil. Inst. Or. l. 1. c. 10. ait *civilis vir, quem* πολιτικὸν *appellant*: & in lib. 12. c. 2. sic vocem explicat, *Velim esse sapientem, qui non secretis disputationibus, sed rerum experimentis atque operibus verè civilem virum*

præcipuas res minimè attingere, neque multum utilitatis (quam maximè debet ſcriptor petere) legentibus afferre. Deinde cum in omni artis *alicujus* tractatione duæ res requiruntur; prior quidem, ut oſtendas quid ſit ſubjectum; ſecunda verò (quoad ordinem *ſecunda*, at quoad vim potior) *ut oſtendas* quomodo & quibus rationibus hoc ipſum ſit à nobis acquirendum; nihilominus Cecilius, quid ſit Sublimitas, innumeris exemplis *Lectores*, velut ignorantes, conatur docere; hoc autem, *ſc.* quâ ratione noſtra Ingenia excitare poſſimus ad *faciendos* magnos in Sublimitate progreſſus, neſcio quomodo, velut rem minimè neceſſariam præteriit. Sed fortaſſe hunc hominem non tam ob ea, quæ omiſſa ſunt, culpare æquum eſt, quàm ob ipſam *ejus* cogitationem ſtudiumque laudare. Quoniam vero juſſiſti etiam Nos aliquid de Sublimitate, Tui omninò gratiâ, commentari; age, ſi quid ſanè videamur civilibus viris utile animadvertiſſe, inſpiciamus: Ipſe autem nobiſcum, Amice, de ſingulis *hujus commentarii* partibus veriſſimè (ut naturâ comparatus es & te decet) judi-

rum exhibeat: civilis vir igitur eſt is, qui in foro veriſque litibus verſatur, & cui (ut patet ex Plin. l. 2. Ep. 3.) opponitur ſcholaſticus, i. e. qui in Scholâ nonniſi fictas cauſas agit.

L. 17. Ὡς πέφυκας] Manutius edidit πέφυκε, ſed cum MS Par. habet πέφυκας & MS Vat. 2. πέουνας, vocem πέφυκας imprimendam curavi, quæ mihi ſignificantior paulò videtur.

καὶ καθήκει,) συνεπικρινεῖς ἀληθέστατα· εὖ γὰρ δὴ ὁ ἀποφηνάμενος, τί θεοῖς ὅμοιον ἔχομεν, "εὐεργεσίαν," "εἶπε, καὶ ἀλήθειαν." Γράφων δὲ πρὸς σὲ, φίλτατε, τῆς παιδείας ἐπιστήμονα, σχεδὸν ἀπήλλαγμαι καὶ τοῦ διὰ πλειόνων προϋποτίθεσθαι, ὡς ἀκρότης καὶ ἐξοχή τις λόγων ἐστὶ τὰ ὕψη· καὶ ποιητῶν τε οἱ μέγιστοι καὶ συγγραφέων οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐνθένδε ποθὲν ἐπρώτευσαν, καὶ ταῖς ἑαυτῶν περιέβαλον εὐκλείαις τὸν αἰῶνα. Οὐ γὰρ εἰς πειθὼ τοὺς ἀκροωμένους, ἀλλ' εἰς ἔκστασιν ἄγει τὰ ὑπερφυᾶ· πάντῃ δέ γε σὺν ἐκπλήξει τοῦ πιθανοῦ καὶ τοῦ πρὸς χάριν ἀεὶ κρατεῖ τὸ θαυμάσιον. Εἴγε τὸ μὲν πιθανὸν ὡς τὰ πολλὰ ἐφ' ἡμῖν· ταῦτα δὲ, δυναστείαν καὶ βίαν ἄμαχον προσφέροντα, παντὸς ἐπάνω τοῦ ἀκροωμένου καθίσταται.

Καὶ

L. 1. Συνεπικρινεῖς] Futurum tempus Indicativi modi hîc, ut passim apud Græcos Scriptores, ponitur pro modo Imperativo.

Ibid. Εὖ γὰρ δὴ ὁ &c.] Pythagoras hujus sententiæ auctor est, ut tradit Ælianus Var. Hist. l. 2. c. 59.

L. 3. Πρὸς σὲ, φίλτατε, τῆς παιδείας &c.] Ita Faber ex conjecturâ, itáque MSi Par. & Vat. duo. Vulgò σὲ φίλτατον παιδείας.

L. 7. Συγγραφέων] Vox συγγραφεὺς usitatè ponitur pro scriptore Historico; apud Longinum verò, & hîc & passim, significat quemlibet scriptorem prosaïcum, opponiturque poëtæ.

L. 8. Ταῖς ἑαυτῶν περιέβαλον &c.] Non opus est, ut cum Langbænio legamus ὑπερέβαλον: cum enim αἰὼν significat *æternitas* sive *immortalitas*, hæc verba reddi possunt *suis laudibus circumjecerunt immortalitatem*, seu, *suas laudes vestiverunt immortalitate*; i. e. ut ea exposui, *suas laudes immortales fecerunt*. Non multum dissimilis Phrasis τῷ λόγῳ περιτιθέναι μέγεθος occurrit bis in Sect. 12. & alibi.

L. 10. Τὰ ὑπερφυᾶ] Monendus est Lector hoc in opere Longinum pro τὸ ὕψος & τὰ ὕψη usurpare (varietatis gratiâ) τὰ ὑπερφυᾶ, τὰ μεγάλα, τὸ ὑπερτεταμένον, τὰ μεγέθη, τὸ μεγαλοφυὲς, τὸ θαυμάσιον.

judica: bene enim ille, qui declaravit quid Diis ſimile haberemus, "beneficentiam, dixit, & "veritatem." Cum autem ſcribo ad Te, Chariſſime, literarum ſtudiis eruditum, prope liberatus ſum *neceſſitate* pluribus *verbis* præmittendi; quòd Sublimia ſunt ſummum quiddam & excellens in ſcriptis; quódque maximi & poëtæ & proſaïci ſcriptores non aliunde quàm hinc primas obtinuerunt, ſuaſque laudes immortales fecerunt: Sublimia enim non *ſolum* perſuadent, ſed extra ſe rapiunt auditores; & ubique id, quod Admirabile eſt, terrorem animo incutiendo ſuperat ſuadelæ & delectationi ſerviens *genus orationis*. Eſt quidem id, quod perſuaſibile eſt, plerumque in noſtrâ poteſtate *eóne afficiamur, necne*; hæc verò *ſc. Sublimia*, quæ afferunt vim & impetum inexpugnabilem, ſe erigunt ſuprà omnem auditorem. Prætereà

μάσιον, ὁ ὄγκος, τὸ βάθος, τὰ διηρμένα, &c. quæ omnia Synonyma ſunt, & ſignificant vel *Sublimitas*, vel *Sublimia*: at quæ ultra id, quod Sublime eſt, procedunt, à Longino vocantur μετεωρὰ, παρατεάγῳδα &c.

L. 12. Εἴ γε τὸ μὲν πιθανὸν] Cum poſt εἴ γε in ſequenti parte ſententiæ occurrit ταῦτα δὲ, Emendatione opus eſſe ſentio, niſi εἴ γε poterit reddi *quoniam*: fortaſſe pro εἴ γε legendum eſt ἐπεί γε: MSi ſæpiſſimè hujuſmodi errori ortum dederunt, ut in ſequentibus Notis docebimus. Πιθανὸν. *perſuaſibile* i. e. perſuadendi vim habens, ad perſuadendum accommodatum; ita enim voce *perſuaſibile* utitur Quinctil. Inſt. Or. l. 3. *vis inveniendi omnia in oratione perſuaſibilia*.

Ibid. Ὡς τὰ πολλὰ] i. e. plerumque: ſic enim voces hæ ſignificant Sect. 40. & occurrit ὥσπερ τὰ πολλὰ Sect. 2.

L. 14. Παντὸς ἐπάνω τοῦ ἀκροωμένου καθίσαται] Non

 opus

Καὶ τὴν μὲν ἐμπειρίαν τῆς εὑρέσεως, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων τάξιν καὶ οἰκονομίαν οὐκ ἐξ ἑνός, οὐδ' ἐκ δυοῖν, ἐκ δὲ τοῦ ὅλου τῶν λόγων ὕφους μόλις ἐκφαινομένην ὁρῶμεν· ὕψος δέ που καιρίως ἐξενεχθὲν τά τε πράγματα δίκην σκηπτοῦ πάντα διεφόρησεν, καὶ τὴν τοῦ ῥήτορος εὐθὺς ἀθρόαν ἐνεδείξατο δύναμιν. Ταῦτα γὰρ οἶμαι καὶ τὰ παραπλήσια, Τερεντιανὲ ἥδιστε, κἂν αὐτὸς ἐκ πείρας ὑφηγήσαιο.

Sect. II. Ἡμῖν δ' ἐκεῖνο διαπορητέον ἐν ἀρχῇ, εἰ ἔστιν ὕψους τις ἢ βάθους τέχνη· ἐπεί τινες ὅλως οἴονται διηπατῆσθαι τοὺς τὰ τοιαῦτα ἄγοντας εἰς τεχνικὰ παραγγέλματα. " Γεννᾶται γάρ, φησί, τὰ μεγαλοφυῆ, καὶ οὐ " διδακτὰ παραγίνεται· καὶ μία τέχνη πρὸς αὐτά, " τὸ πεφυκέναι. χείρω τε τὰ φυσικὰ ἔργα, ὡς οἴον- " ται,

opus est, ut cum Fabro legamus πάντως; huic enim similis locutio occurrit in Cebetis Tabula ἀπάντων γὰρ κυριεύει, καὶ ἐπάνω πάντων δεῖ τῶν πρότερον αὐτὸν λυπούντων: ubi videas τὸ ἐπάνω idem significare ac κυριεύειν, *superior esse* sive *dominari*: idemque voluit exprimere Longinus, cum dicit in Sect. 39. ἡμῶν τῆς διανοίας ἐπικρατοῦσαν.

L. 4. Τά τε πράγματα &c.] Longinus, (cujus nescio an leges, an exemplum per totum hoc opus magis sequendum sit; cum vix minus Stilus ejus quàm Materia Sublimitatem sapiat) Longinus, inquam, ad Sublimitatis vim exprimendam arte quâdam & proprietate verborum hîc usus est: alius scriptor dixisset διαφορεῖ & ἐνδείκνυται: sed hoc languidi esset animi. Noster præteriti temporis verba usurpat διεφόρησεν & ἐνεδείξατο, quo melius significet vim & celeritatem, quibus Sublimitas orationis animos audientium ferit; fulminis est (ait) instar, quoniam hanc eo modo, quo fulmen, præsentem non possis dicere te videre, præteritam possis ex effectu cognoscere: Porrò structura verborum in fine hujus sententiæ occurrentium, quippe quæ brevibus vocalibus

currunt

tereà videmus peritiam Inventionis & ordinem dispositionemque rerum non ex uno *verbo*, neque ex duobus, sed ex totâ verborum structurâ vix apparentem; Sublime verò, tempestivè prolatum, res omnes instar fulminis *quasi jam* disjecit, unoque ictu Rhetoris multiplicem patefecit vim: *Liberatus sum prope, inquam, necessitate hæc præmittendi*; hæc enim, puto, & similia tu, mi suavissime Terentiane, potes etiam ipse *alios* ex eo, quod expertus es, docere.

Nobis verò hoc imprimis exquirendum est, utrum ulla sit Sublimitatis sive Altitudinis ars; quoniam nonnulli sentiunt illos omninò deceptos esse, qui hujusmodi res legibus Artis subjiciunt: " nascuntur enim (inquit *aliquis*) Sublimia, non sunt docenda: & sola ars consequendi ea est, ut iis nati simus; operaque Naturæ fiunt pejora (ut putant) & omninò *An Sublimitas doceri possit.*

currunt & quasi se projiciunt, aptissimam rapidi motus, sive Fulminis sive Sublimitatis, speciem videtur exhibere.

L. 12. Γεννᾶται γὰρ, φησὶ] Pro vulgato φασὶ, Editio Robort. & MSi Par. Ambr. & Vat. 2. habent φησὶ *dicit aliquis*: rectè: dicit enim Longinus in fine hujus Sectionis Εἰ ταῦθ', ὡς ἔφην, ἐπιλογίσαιτο ὁ τοῖς χρηστομαθοῦσιν ἐπιτιμῶν &c. ubi singulari numero utitur, cur non igitur & antea dicebat φησὶ? usitatum est Longino citare alicujus authoris locum, & dicere φησὶ, non addito illius nomine: exempla hujus moris habemus in Sect. 4. & 29. & 44. & Sect. 9. ubi habes τινα, φήσει, τρόπον;

L. 4.

« ται, καὶ τῷ παντὶ δηλότερα καθίσταται, τῆς τεχ-
« νολογίαις κατασκελετευόμενα." Ἐγὼ δὲ ἐλεγχθήσεσθαι τοῦθ' ἑτέρως ἔχον φημὶ, εἰ ἐπισκέψαιτό τις, ὅτι ἡ φύσις, ὥσπερ τὰ πολλὰ ἐν τοῖς παθητικοῖς καὶ διηρμένοις αὐτόνομον, οὕτως οὐκ εἰκαῖόν τι κἀκ παντὸς ἀμέθοδον εἶναι φιλεῖ. καὶ, ὅτι αὕτη μὲν πρῶτόν τι καὶ ἀρχέτυπον γενέσεως στοιχεῖον ἐπὶ πάντων ὑφέστηκεν· τὰς δὲ ποσότητας καὶ τὸν ἐφ' ἑκάστου καιρὸν, ἔτι δὲ τὴν ἀπλανεστάτην ἄσκησίν τε καὶ χρῆσιν ἱκανὴ παρορίσαι καὶ συνενεγκεῖν ἡ μέθοδος· καὶ, ὡς ἐπικινδυνότερα αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν δίχα ἐπιστήμης ἀστήρικτα καὶ ἀνερμάτιστα ἐαθέντα τὰ μεγάλα, ἐπὶ μόνῃ

τῇ

L. 4. Παθητικοῖς] Per τὰ παθητικὰ Græci intelligunt orationes, in quibus insunt Affectus, quibusque animi audientium aut ad iram, aut ad misericordiam, aut ad aliquam aliam perturbationem adducuntur: sed cum Latini nullam habeant vocem, quæ Græcæ voci respondeat, ex Græcâ hîc & alibi Latinam feci *pathetica*, ut Macrobium sæpius fecisse video.

L. 10. Παρορίσαι] Hæc est lectio omnium ante Tollianam Editionum, & MSorum Par. Vat. 2. & 3. pro quo Faber conjecit legendum προσορίσαι, Tollius vero πορίσαι: si necessariò quid corrigendum esset, legerem lubentiùs περιορίσαι, sed παρορίζειν videtur apud nostrum idem quod περιορίζειν significare, nempe *definire, circumscribere, determinare quatenus hâc aut illâ re uti oporteat.* Nam in Sect. 10. legimus παρώρισε τὸν κίνδυνον, *limites posuit periculo*, & paulò infra in eodem sensu παρώρισε τὸ δεινόν. Opinor vocem παρορίσαι referri oportere ad ποσότητας & καιρὸν, vocem vero συνενεγκεῖν ad ἄσκησιν & χρῆσιν. Notandum hoc in loco videtur, quod Tollius dicit MS. Par. habere πορίσαι: quod nequaquam verum est: est, fateor, vox πορίσαι in margine illius MSi, sed in textu reperitur παρορίσαι. Nescio, quo fato contigit illi (contigit tamen) semper ferè (ut rursus Lectorem moneam) errare, cum MSum hunc Parisiensem citaret.

Ibid. Καὶ, ὡς ἐπικινδυνότερα αὐτὰ —— ἐαθέντα τὰ μεγάλα

" nò infirmiora, cum Artis præceptiunculis ex- " carnificentur." Ego verò dico probatum iri hoc se aliter habere, si quis cogitaverit, quòd Natura, ut plerumque in scriptis, quæ pathetica sunt Sublimisque generis, sui juris *est*, sic non *solet* esse temerarium quiddam & omninò expers methodi: Et *siquis cogitaverit*, quòd hæc *sc. Natura* primum quiddam & originale elementum existentiæ *Sublimitatis* in omnibus *hominibus* fuit; methodus autem potest definire quousque progrediendum sit, quodque sit tempus cujusvis *Sublimitatis*, &ættereâ afferre usum ejus exercitationemque tutissimam: Et *siquis cogitaverit*, quòd Sublimia *sunt* periculis magis exposita, si sine *sui regendi* scientiâ instabilia & nullo pondere firmata sibi ipsa permittantur,

γάλα &c.] Primò auctoritate Robort. & MS. Par. & Vat. 1. lego αὐτὰ vice Manutiani ἄυ τὰ, deinde ad fidem Edit. Robort. & MSorum Par. Vat. 1. 2. 3. deleo vulgatum ὄτω. Hæ si recipiantur Emendationes, nihil opus est, ut cum doctis nonnullis sentiamus vocem τὰ πλοῖα excidisse post ἀυτὰ: Verba enim εἰ ἀποσκέψαιτό τις sunt subintelligenda inter ϰ) & ὡς, voxque ὡς idem valet ac ὅτι, ut videre est in Sect. 30. Ὅτι τοίνυν ἡ τῶν κυρίων,—— ϰ) ὡς πᾶσι τοῖς ῥήτορσι &c. Sect. 9. Ἐπιβλέπεις, ἑταῖρε, ὡς &c. Sect. 32. Δεδηλωμένα, ὡς ὑψηλοποιὸν αἱ Μεταφοραὶ, ϰ) ὅτι οἱ Παθητικοὶ &c. Hanc emendationem maximâ ex parte, Lector, debes Clar. Boivino Regiæ Bibliothecæ Lutetiæ præfecto, qui addit Longinum hîc idem velle dicere, quod alio in loco dixit, nempe τὰ μεγάλα ἐπισφαλῆ διὰ αὐτὸ γίνεσθαι τὸ μέγεθος. Sect. 33.

L. 12. Ἀνερμάτιστα] Metaphora à navibus sumpta, quæ cum leviorem habent saburram, fluctuant, jactantur, quatiuntur; Vide Suidam in voce ἔρμα. Faber.

τῇ φορᾷ καὶ ἀμαθεῖ τόλμῃ λειπόμενα· δεῖ γὰρ αὐτοῖς, ὡς κέντρου πολλάκις, οὕτω δὴ καὶ χαλινοῦ. Ὅπερ γὰρ ὁ Δημοσθένης ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων ἀποφαίνεται βίου, "μέγιστον μὲν εἶναι τῶν ἀγαθῶν τὸ "εὐτυχεῖν· δεύτερον δὲ, καὶ οὐκ ἔλαττον, τὸ εὖ βου-"λεύεσθαι, ὅπερ οἷς ἂν μὴ παρῇ, συναναιρεῖ πάν-"τως καὶ θάτερον·" τοῦτ' ἂν καὶ ἐπὶ τῶν λόγων εἴποιμεν, ὡς ἡ μὲν φύσις τὴν τῆς εὐτυχίας τάξιν ἐπέχει, ἡ τέχνη δὲ τὴν τῆς εὐβουλίας. Τὸ δὲ κυριώτατόν τε καὶ αὐτὸ, τὸ εἶναί τινα τῶν ἐν λόγοις ἐπὶ μόνῃ τῇ φύσει, οὐκ ἄλλοθεν ἡμᾶς ἢ παρὰ τῆς τέχνης ἐκμαθεῖν δεῖ· εἰ ταῦθ', ὡς ἔφην, ἐπιλογίσαιτο καθ' ἑαυτὰ ὁ τοῖς χρηστομαθοῦσιν ἐπιτιμῶν, οὐκ ἂν ἔτι, μοι δοκεῖ, περιττὴν καὶ ἄχρηστον τὴν ἐπὶ τῶν προκειμένων νομίσαιτο θεωρίαν,

* * * * *

L. 8. Ὡς ἡ μὲν] MS. Paris. hic deficit, reditque non ante verba καὶ καμίνου &c. Ante quæ verba in isto MSo ad finem paginæ scribitur λείπει, & Latinè *desunt duo folia*: hoc Lectori notum velim, ut intelligat multum hujus Commentarii tempore periisse; sequentiaque verba, quæ ex Cod. Vat. 1. protulit Tollius, quæque Boivinus invenit in quodam imperfecto MSo fragmentum aliquod Aristotelicorum Problematum continente, facere minimam partem eorum, quæ desunt: folia enim amissa tantum in se continebant, (ut ex cæteris MSi Par. foliis conjicere licet) quantum plures quàm centum hujus meæ Editionis lineæ.

L. 9. Τὸ δὲ κυριώτατόν τε καὶ αὐτὸ] Fortè τὸ δὲ κυριώτατον. (subintellige hîc εἰ ἐπισκέψαιτό τις) ὅτι καὶ αὐτὸ &c. Tertia enim hæc videtur ratio afferri, cur Sublimitatis ars quædam sit, & esse debeat: & sic loquitur Longinus in Sect. 36. καὶ τὸ κυριώτατον, ὡς εἴ τις ἐκλέξας &c. particula enim ὡς ibi idem valet, quod hîc ὅτι.

L. 14. Νομίσαιτο θεωρίαν] MS. Vat. 1, & iste MSus Par.

tantur, soli *suo* impetui & indoctæ audaciæ relicta; nam, ut illis calcari sæpè, sic etiam fræno opus est. Quod enim Demosthenes pronuntiat de communi hominum vitâ (" maximum quidem esse bonorum, felicem esse, proximum " verò & id non minus, benè instituere consi- " lia; quod *postremum*, quibus non adfuerit, " tollit prorsus & illud alterum):" hoc ipsum etiam de scriptis possumus dicere; nempe, quòd Natura quidem obtinet locum felicitatis, Ars autem consilii bene instituti. Et, id quod præcipuum est, *si quis cogitaverit*, quòd id ipsum, *sc.* quædam ex iis, quæ sunt in scriptis, Naturæ soli *relicta* esse, non possumus aliunde discere, quàm ex Arte: Si hæc (ut dixi) singulatim cogitaverit is, qui præcepta utilia dantes reprehendit, non amplius (mihi videtur) putârit commentationem de rebus propositis *institutam* supervacaneam esse & inutilem.

* * * * *

qui Aristotelis Problemata (de quo modò dixi) continet, habent κομίσαιτο; sed in hoc MSo Par. solum occurrit σαιτο veteri manu scriptum, κομι est à nupero calamo: si legamus νομίσαιτο (ut legendum censet quidam Amicus meus) paululùm à MSi illius lectione dissentiemus, nec necesse erit legere cum Cl. Boivino ἡγήσαιτο, cum vox νομίσαιτο idem significet ac ἡγήσαιτο, *senserit*, vel *putârit*.

* * * * *

—— Καὶ καμίνου χῶσι μάκιστον σέλας·
Εἰ γάρ τιν' ἑστιοῦχον ὄψομαι μόνον,
Μίαν παρείρας πλεκτάνην χειμάῤῥοον,
Στέγην πυρώσω, καὶ κατανθρακώσομαι.
Νῦν δ' οὐ κέκραγά πω τὸ γενναῖον μέλος.

Οὐ τραγικὰ ἔτι ταῦτα, ἀλλὰ παρατράγῳδα, "αἱ πλεκτάναι," καὶ τὸ "πρὸς οὐρανὸν ἐξεμεῖν," καὶ τὸ τὸν Βορέαν "αὐλητὴν" ποιεῖν, καὶ τὰ ἄλλα ἑξῆς. Τεθόλωται γὰρ τῇ φράσει, καὶ τεθορύβηται ταῖς φαντασίαις μᾶλλον ἢ δεδείνωται· κἂν ἕκαστον αὐτῶν πρὸς αὐγὰς ἀνασκοπῇς, ἐκ τοῦ φοβεροῦ κατ' ὀλίγον ὑπονοστεῖ πρὸς τὸ εὐκαταφρόνητον. Ὅπου δ' ἐν τραγῳδίᾳ, πράγματι ὀγκηρῷ φύσει καὶ ἐπιδεχομένῳ στόμφον,

L. 2. Καὶ καμίνου] Tollius edidit καὶ μὴ καμίνου; sed abest μὴ ab omnibus Editionibus & MSS; & quamvis Tollius dicit id extare in margine MSi Vat. 3. tamen in variis Lectionibus ex illo MSo collectis, & ad finem Tollianæ Editionis appositis μὴ non apparet. Critici, nescio quâ auctoritate freti, hos versus Æschylo adjudicant: Boreas verò ventus hîc loqui videtur.

L. 6. Κέκραγά πω] Sic Editio prima & MSi Par. Ambr. & Vat. duo. Manutius minùs rectè edidit κέκραγ' * εἶπω.

L. 7. Οὐ τραγικὰ ἔτι ταῦτα] Fortè pro ἔτι legendum est ἐστὶ, quæ vox ad sensum magis accommodata est. Sæpius in hoc opere voces ἔτι & ἐστὶ confundi videntur.

L. 8. Πρὸς οὐρανὸν ἐξεμεῖν] Hoc fortè in iis versibus occurrebat, qui ante verba καὶ καμίνου olim extiterunt, nunc autem periêrunt.

L. 9. Βορέαν αὐλητὴν] Longinus dicit Poëtam illum facere Boream fistulatorem, quia Boreas apud illum hæc locutus est οὐ κέκραγά πω τὸ γενναῖον μέλος:—— Notandum hîc videtur, quòd Virgilius in Æneid. l. 3. ubi Ætnam ardentem magnificè describit, non aliud, quàm Poëta hic ignotus,

* * * * *

De tumido dicendi genere.

Et camini reprimant longissimè prosilientem lucem, sive flammam;
Si quem enim domûs custodem videro solum,
Unum immittens cincinnum flammæ, *instar torrentis volutum,*
Tectum incendam, & prunis operiam:
Nunc verò nondum insonui generosum canticum.

Non sunt tragica hæc, sed plus quàm tragica; *nempe*, "cincinni," & "evomere in cœlum," & facere Boream "fistulatorem," aliaque quæ *illic* sequuntur. Obscurantur enim Dictione, & conturbantur Visionibus potius, quàm intenduntur: & si unumquodque eorum ad lumen suspicias, ex eo, quod terribile *primò videtur*, abit in id quod ridiculum est: cum verò in Tragœdiâ, re naturaliter grandi ampullasque admittente,

tus, fecit; nam cum dixerat *Attollitque globos flammarum*, hypertragicè addidit *& sidera lambit*.

L. 10. Τεθόλωται] Metaphora sumpta à rebus, quæ atramento, sive aliquo alio liquore obturbato conspurcantur: θολὸς enim est atramentum sepiæ nigrum. Petra.

Ibid. Φαντασίαις] Audi Quinctil. Inst. Or. l. 6. c. 2. hanc vocem explicantem, *Quas φαντασίας Græci vocant, nos sane Visiones appellemus: per quas imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis ac præsentes habere videamur.*

L. 11. Δεδείνωται] *Intenduntur*: sic enim Quinctil. Inst. Or. l. 9. c. 2. vocem explicat, *Intendere crimen, quod est δείνωσις*: & in l. 6. c. 2. dicit Idem, *Hæc est illa, quæ δείνωσις vocatur, rebus indignis, asperis, invidiosis vim addens oratio.*

L. 11

φον, ὅμως τὸ παρὰ μέλος οἰδεῖν ἀσύγγνωστον, χολῇ γ' ἄν, οἶμαι, λόγοις ἀληθινοῖς ἁρμόσειεν. Ταύτῃ καὶ τὰ τοῦ Λεοντίνου Γοργίου γελᾶται γράφοντος, " Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεὺς," καὶ, " γῦπες ἔμ-" ψυχοι τάφοι." καί τινα τῶν Καλλισθένους, ὄντα οὐχ ὑψηλὰ, ἀλλὰ μετέωρα. καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ Κλειτάρχου· φλοιώδης γὰρ ὁ ἀνὴρ, καὶ φυσῶν, κατὰ τὸν Σοφοκλέα, " οὐ σμικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, —— φορ-" βειᾶς

L. 1. Παρὰ μέλος οἰδεῖν] Sumptum ex ſolemni Muſicorum reprehenſione παρὰ μέλος ᾄδεις: at Longinus aliò detorſit παρὰ μέλος οἰδεῖς. Faber.

L. 2. Λόγοις ἀληθινοῖς] Per has voces ſignificari putat Tollius *veras cauſas*, quas opponit ille Demonſtrativo generi: malim tamen intelligere ea ſcripta, quæ veritatem exponendam ſibi proponunt, qualia ſunt Hiſtoricorum, quorum prima eſt regula (monente Tullio) *ut ne quid falſi dicere audeant, ne quid veri non audeant*: huic ſenſui fidem duæ res faciunt, tum quòd protinus de Hiſtoricis quibuſdam agit Longinus, tum quòd bene his opponitur Tragœdia, in quâ fingere & licet, & uſitatum eſt.

L. 3. Γοργίου] Gorgias hic Leontinus fuit Rhetor Siculus, Sophiſtarumque pater; quem tanto in honore habuit univerſa Græcia, ut ei in templo Apollinis Delphici Statuam, non inauratam, ſed auream poneret: hunc, quia *Xerxen Perſarum Jovem* appellat, Tumoris arguit Longinus: non tamen deſunt, qui hunc virum defendunt, eo quòd Perſarum reges à ſuis quondam Dii vocari ſoliti ſunt, & quòd Herodotus Helleſpontium quendam hoſpitio Xerxen tranſvectum excipientem ſic locutum eſſe memorat, Ὦ Ζεῦ, τί δὴ ἀνδρὶ εἰδόμενος Πέρσῃ, καὶ οὔνομα ἀντὶ Διὸς Ξέρξεα θέμενος &c. *O Jupiter, quidnam Tu ſpeciem habens viri Perſæ, & aſſumens nomen Xerxis, vice Jovis* &c?

L. 4. Γῦπες ἔμψυχοι τάφοι] Si in hoc peccavit Gorgias, vereor ne & alii clari ſcriptores peccârint, ſimili ferè locutione utentes: Ovidius enim dicit,

Flet modò, ſeque vocat buſtum miſerabile nati.

Cicero vocat Piſonem *buſtum legum omnium & religionum*. Gregor. Nazianz. vocat feras homines

tente, tamen immodicus tumor res eſt non ignoſcenda, vix *ille*, opinor, veris ſcriptis convenerit: Ob hoc ridentur etiam verba Leontini Gorgiæ dicentis "Xerxes ille Perſarum Jupi-" "ter," & "vultures viva ſepulchra;" & quædam Calliſthenis, quæ ſunt non Sublimia, ſed nimis alta: & adhuc magis illa Clitarchi; hic enim vir futilis eſt, ſpiratque, juxta Sophoclem, "non parvis quidem tibiis, —— ſed ſine

mines devorantes *τάφοι τρέχοντες ſepulcra currentia*: cum hoc Gorgiæ dictum Noſter exagitat, neſcio an probaſſet nomen ipſi ab Eunapio, ſummæ doctrinæ gratiâ, impoſitum ἔμψυχος βιβλιοθήκη *viva bibliotheca*: non ſilendum tamen hoc in loco videtur Hermogenis (de Ideis l. 1. c. 6.) de hoc ipſo Georgiæ dicto judicium, qui, cum illud culpat, addit non inficetè quidem, *hos Sophiſtas, qui vocant vultures viva ſepulcra, digniſſimos iſtiuſmodi ſepulcrorum eſſe.*

L. 5. Καλλισθένους] Calliſthenes fuit Ariſtotelis in Alexandri magni inſtitutione ſucceſſor: ſcripſit Hiſtoriam rerum Græcarum.

L. 6. Κλειτάρχου] Clitarchus ſcripſit res geſtas Alexandri magni, cujus prœliis comes interfuit: hujus tumidi dicendi generis exemplum extat apud Demetr. Phalareum, quippe qui dicit Clitarchum ſic de Veſpâ locutum eſſe, *κατανέμεται μὲν τὴν ὀρεινήν, εἰσίπταται δὲ εἰς τὰς κοίλας δρῦς*, quaſi (inquit Demetrius) de Bove fero, vel Erymanthio Apro, non de Ape quâdam locutus eſſet.

L. 8. Οὐ σμικροῖς] In MSis, deleto *ν*, legitur *μικροῖς*: ſed noſtræ Lectioni favet tum ſenſus loci, tum verba ipſa Sophoclis pleniùs citata à Cicerone in Epiſt. ad Att. l. 2. Ep. 16:

> Φυσᾷ γὰρ, οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι,
> Ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι, φορβειᾶς δ' ἄτερ.

Senſus eſt: Magna quidem aggreditur, ſed regulâ & modo caret: ob illud laudandus eſt, ob hoc vituperandus: ad intelligendam vim vocis *φορβειά*, ſcias, Lector, veteres Tibicines ſolitos eſſe uti capiſtro quodam, quod ori appoſitum fuit, & in altera capitis parte liga-

« βιαᾶς δ' ἄτερ." Τά γε μὴν Ἀμφικράτους τοιαῦτα, καὶ Ἡγησίου, καὶ Μάτριδος· πολλαχοῦ γὰρ ἐνθουσιᾶν ἑαυτοῖς δοκοῦντες, οὐ βακχεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσιν. Ὅλως δ' ἔοικεν εἶναι τὸ οἰδεῖν, ἐν τοῖς μάλιστα, δυσφυλακτότατον· φύσει γὰρ ἅπαντες οἱ μεγέθους ἐφιέμενοι, φεύγοντες ἀσθενείας καὶ ξηρότητος κατάγνωσιν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπὶ τοῦθ' ὑποφέρονται, πειθόμενοι τῷ,

Μεγάλων ἀπολισθαίνειν ὅμως εὐγενὲς ἁμάρτημα.

Κακοὶ δὲ ὄγκοι, καὶ ἐπὶ σωμάτων καὶ λόγων, οἱ χαῦνοι

καὶ

batur: habuit vero ibi, quà texit os, aliquod foramen, per quod tibia in os immitti posset: hujus capistri (ut nos docent vet. Scholiastæ) duplex fuit usus, tum *ut labrum non finderetur*, tum *ut spiritus moderatiùs emissus sonum tibiæ dulciorem efficeret*: Boilaviana explicatio usûs hujus capistri quàm longissimè à vero abest; censet enim ille veteres hoc capistro usos fuisse, ut daret halitui impetum majorem.

L. 1. Ἀμφικράτους] Hic Amphicrates videtur fuisse Orator ille Atticus, qui, cum exularet Seluciæ (ut tradit Plutarchus in vitâ Luculli), rogatusque esset, ut Scholam ibi aperiret, arroganter tumidéque simul respondit *patinam Delphinis non capacem esse*.

L. 2. Ἡγησίου] De hoc, ut videtur, Hegesia homine Magnesio sic facetè loquitur Cicero in Orat. c. 226. *Is quidem non minus sententiis peccat, quàm verbis; ut non quærat, quem appellet ineptum, qui illum cognoverit*: Plutarchus etiam in vitâ Alexandri magni hoc ejus frigiditatis exemplum profert: cum eodem tempore, quo nasceretur Alexander, Dianæ templum Ephesi incensum esset, hoc memorans Hegesias dixit, *non mirum esse id conflagrâsse, cum Diana, tum nascente Alexandro, in obstetricio munere fuerit occupata*. Rectè hoc culpat Plutarchus, sed ipse aliud suum non minus Historico indignum addit; *Epiphonema* (inquit enim Plutarchus) *adeo frigidum, ut ipsum incendium extinxisse potuerit*. O quàm vitium culpati aliquando in culpantem transit! Plutarchus enim hîc in reprehendendo Hegesiâ planè alterum se Hegesiam ostendit.

L. 2.

" ſine capiſtro." Ea ſanè, quæ dicit Amphicrates, & Hegeſias, & Matris, ſunt hujuſmodi; ſæpe enim cum ſibi videantur inſtincti eſſe, non bacchantur, ſed ineptiunt: Tumor autem omnino videtur res eſſe, inter ea quæ maximè, difficillimè cavenda: omnes enim, qui ſunt Sublimitatis cupidi, reprehenſionemque infirmitatis & ſiccitatis fugiunt, naturâ ad hoc, neſcio quomodo, feruntur, hoc *dictum* ſecuti, " magnis " tamen excidere, generoſum eſt peccatum." Vitioſa autem *ſunt*, & in corporibus & in ſcriptis,

L. 2. Μάτειδ☉] Scripſit Matris teſte Athenæo l. 10. Herculis encomium; orationem puto, non poëma panegyricum. Langb.

L. 9. Μεγάλως ὑπολισθαίνειν ὅμως εὐγενὲς ἁμάρτημα] Lectio Manutii —— ὑπολισθαίνειν, ἁμάρτημ' εὐφυὲς minus placet: Pleraque, opinor, vitia, quæ hodiernas Longini Editiones conturbant, ab illâ Manutianâ defluxerunt: nactus enim ille MSum quendam Venetiis, non eum prorſus ſecutus eſt, ſed (ut frons ejus Editionis nos docet) multa paſſim emendavit, ſive potius pro arbitrio mutavit, ſuaſque conjecturas ubique cum MSi lectione commiſcuit. Sed nos, quam maximè fieri poteſt, veterum MSorum lectionem ſequi in animo habemus. Notandum eſt igitur Edit. Robort. & MSum Par. hoc modo legere Μεγάλω (fortaſſe, pro μεγάλων) ὑπολισθαίνειν ὅμως εὐφυὲς ἁμάρτημα; & ita (excepto quod habent μεγάλως) MSi Vat. 3. & Ambr. Etiam Vat. 2, quamvis in cæteris cum Manutio conveniat, habet ὅμως. Quæ lectio MSorum proba eſt certè, ὅμως enim ſæpiſſime apud hunc auctorem ponitur non in principio, ſed in medio fere ſententiæ, ut in Sect. 11. χρὴ γινώσκειν ὅμως τὸν ῥήτορα. & Sect. 13. οὐκ ἀνωφελῶς δ' ὅμως. Vitioſa Manutii in hoc loco lectio nata videtur ex eo quòd verſum hunc Iambicum eſſe cenſuit; ſed, ut Cl. Boivinus notavit, nullibi occurrit verſus Iambicus duobus Anapæſtis incipiens: Proverbium vetus potius illi videtur, quàm Verſus.

καὶ ἀναλήθεις, καὶ μήποτε περιϊστάντες ἡμᾶς εἰς τοὐναντίον· " οὐδὲν γάρ, φασί, ξηρότερον ὑδρωπικοῦ."

Ἀλλὰ τὸ μὲν οἰδοῦν ὑπεραίρειν βούλεται τὰ ὕψη, τὸ δὲ μειρακιῶδες ἄντικρυς ὑπεναντίον τοῖς μεγέθεσι· ταπεινὸν γὰρ ἐξ ὅλου, καὶ μικρόψυχον, καὶ τῷ ὄντι κακὸν ἀγεννέστατον. Τί ποτ' οὖν τὸ μειρακιῶδές ἐστιν; ἢ δῆλον, ὡς σχολαστικὴ νόησις, ὑπὸ περιεργίας λήγουσα εἰς ψυχρότητα. Ὀλισθαίνουσι δ' εἰς τοῦτο τὸ γένος ὀρεγόμενοι μὲν τοῦ περιττοῦ καὶ πεποιημένου, καὶ μάλιστα τοῦ ἡδέος, ἐποκέλλοντες δὲ εἰς ῥωπικὸν καὶ κακόζηλον.

Τούτῳ

L. 1. Ἀναλήθεις] Faber legit ἀναλθεῖς: sed emendatione non opus est; nam sensus vocis ἀναλήθης contrarius est voci ἐναλήθης, quæ occurrit in Sect. 15. eâque voce utitur Dion. Halicarn. in Dinarcho, ὕπτιοι, καὶ ψυχροί, καὶ ἀτύστροφοι, καὶ ἀναλήθεις. p. 115. Ed. Sylburg. & p. 184. Ed. Oxon. Interim nec ἀναλήθης, nec ἐναλήθης reperitur in Stephani Thes. Græc.

Ibid. Καὶ μήποτε περιϊστάντες ἡμᾶς &c.] Ita Editio Robort. & MSus quidam Fr. Porti, necnon MSi Vat. 2. Par. Eliens. & Ambr. rectè opinor: vox enim μήποτε est particula dubitationis, reddique potest (voce ὅρα subintellectâ) *vide ne*, vel per unum verbum *forsasse*: occurrit enim in Sect. 44. ὅρα δὲ, μήποτ'. &c. & in hoc sensu quater à nostro Longino usurpatur, præcipuè in Sect. 40. ubi occurrit, οὐκ ὄντες ὑψηλοὶ φύσει, μήποτε δὲ καὶ ἀμεγέθεις. Vulgò legitur δήποτε.

L. 7. Ἢ δῆλον, ὡς &c.] Ni fallor, optimus ille Æneïdos auctor semel hujus vitii arguendus est: nam in l. 3. v. 181. dicit Anchises *Seque novo veterum deceptum errore locorum*: ubi præ nimio studio proferendi Antitheti scripsit *novo*, nullo, opinor, sensu: *novo* enim *veterum* respondet, sed nihil sententiæ addit, imò puerilibus illam ingeniis quàm virilibus aptiorem efficit.

Ibid. Σχολαστικὴ νόησις] i. e. sensus, quali juvenes in Scholis declamantes uti solebant: hi apud Plin. Ep. l. 2. Ep. 3. vocantur *Scholastici*; qui, cum in fictis tantum caussis versarentur, in oratione nimium lasciviebant, multaque extra

rem

tis, Grandia, quæ inflata falſaque ſunt, & *ex quibus periculum eſt* ne circumagamur in contrarium; "nihil enim (inquiunt) ſiccius eſt "*homine* hydropico."

Sed Tumor vult altiùs inſurgere quàm Sublimia; *id* autem *vitium, quod* Puerile *appellatur*, planè oppoſitum *eſt* Sublimibus; humile enim eſt omnino & parvi *opus* animi, reveráque vitium ignobiliſſimum: quid igitur eſt Puerile? ſit manifeſtum, *id* eſſe ſenſum ſcholaſticum, præ ſupervacuâ operoſitate in Frigidum aliquid abeuntem: in hoc autem genus labuntur ii, qui cupiunt aliquid eximium & elaboratum, præcipuè verò dulce *dicere*; ſed qui impingunt in *genus* humile & in malam affectationem. *De frigido dicendi genere.*

Huic

rem ornamenti (ut putabant) gratiâ dicebant. Monendus eſt hîc Lector me νόησιν ſive νόημα paſſim in hoc opere per *ſenſum* explicare, & hâc voce velle ſignificare quidvis mente conceptum, Angl. *a thought*: Quinctiliani ſcilicet auctoritate me tueor, qui in Inſtit. Orat. l. 8. c. 5. ſic dicit, *Sententiam veteres, quod animo ſenſiſſent, vocaverunt: —— non rarò tamen & ſic locuti ſunt, ut Senſa ſua dicerent, nam Senſus corporis videbantur: ſed conſuetudo jam tenuit, ut mente concepta Senſus vocaremus; lumina autem, præcipuèque in clauſulis poſita, Sententias,*

Ibid. Περιεργίας] Quinct. Inſt. Orat. l. 8. c. 3. *Eſt etiam quæ περιεργία vocatur, ſupervacua (ut ſic dixerim) operoſitas, ut à diligenti curioſus, & à religione ſuperſtitio diſtat,*

L. 10. εἰς ῥοπικὸν] Vix opinor Longinum velle hîc ponere τροπικὸν (quod vulgo legitur) inter vitia orationis, idque opponere præcedenti voci πεποιημένον. quoniam ille in Sect. 8. dicit, quòd quintus ſublimitatis fons eſt ἡ τροπικὴ καὶ πεποιημένη λέξις: iſtud τροπικὸν Manutio debemus: Video autem Editionem Robort. exhibere εἰς τὸ ῥοπικὸν, & MSos Par. Ambr. præ-

ſe

Τούτῳ παράκειται τρίτον τι κακίας εἶδος ἐν τοῖς παθητικοῖς, ὅπερ ὁ Θεόδωρος παρένθυρσον ἐκάλει· ἔστι δὲ πάθος ἄκαιρον καὶ κενὸν, ἔνθα μὴ δεῖ πάθους· ἢ ἄμετρον, ἔνθα μετρίου δεῖ. Πολλὰ γὰρ ὥσπερ ἐκ μέθης, τινὲς εἰς τὰ μηκέτι τοῦ πράγματος, ἴδια ἑαυτῶν καὶ σχολικὰ, παραφέρονται πάθη· εἶτα πρὸς οὐδὲν πεπονθότας ἀκροατὰς ἀσχημονοῦσιν εἰκότως· ἐξεστηκότες πρὸς οὐκ ἐξεστηκότας. Πλὴν περὶ μὲν παθητικῶν ἄλλος ἡμῖν ἀπόκειται τόπος.

Sect. IV. Θατέρου δὲ, ὧν εἴπομεν, (λέγω δὲ τοῦ ψυχροῦ) πλήρης ὁ Τίμαιος, ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα ἱκανὸς καὶ πρὸς λόγων ἐνίοτε μέγεθος, οὐκ ἄφορος, πολυΐστωρ, ἐπι-

se ferre εἰς ῥοπικόν : pro quo, Tollio teste, MS Venet. habet ῥωπικόν. Vox ῥωπικὸν nota est, & significat *vile*, sive nullius pretii, quale sunt eæ merces, quæ ῥωπαὶ dicuntur : sed illa, quæ maximâ auctoritate freta est, lectio ῥοπικὸν, vera videtur, quamvis vix alibi legatur : est adjectivum enim factum à substantivo ῥοπὴ, *inclinatio sive momentum lancis ad imum vergentis* : hinc ῥοπικὸν poterit significare *id quod deorsum ferri solet*, sive *id quod ad imum inclinat*, sive (ut uno verbo vim hujus vocis satis explicem) *humile:* quod propriè opponitur præcedenti voci περιττοῦ, quæ vult aliquid excellens & egregium.

Ibid. Κακόζηλον] Quinct. Inst. Orat. l. 8. c. 3. *κακόζηλον, id est, mala affectatio per omne dicendi genus peccat* —— *denique* κακόζηλον *vocatur, quicquid est ultra virtutem, quoties ingenium judicio caret, & specie boni fallitur.*

L. 2. Θεόδωρος] Theodorum intelligendum puto, qui, Gadaris natus, docuit Rhodi; *quem studiosè audisse cum in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius Cæsar.* Quinctil. l. 3. c. 1. inter cætera scripsit περὶ ῥήτορος δυνάμεως. Langb.

L. 6. Σχολικὰ] i. e. ejus modi, quo pueri declamantes in Scholis uti solent : idem hæc vox significat ac σχολαστικά, quam paulò ante usurpavit Longinus ; hinc Athenæus vocat σχολικὰ ὑπομνήματα commentarios, in quos Juvenes ea, quæ in Scholis audierant, referebant.

L. 8.

Huic vicinum eſt tertium quoddam genus vitii, *nempe* in ſcriptis patheticis, quod Theodorus Parenthyrſum vocabat: eſt autem *hoc* affectus intempeſtivus & inanis, ubi affectu non opus eſt; aut immodicus, ubi mediocri opus eſt: plerumque enim velut ebrietatis vi, quidam ad affectus, qui non in re poſiti ſunt, ſibi proprios & ſcholaſticos abripiuntur: deinde meritò ignominiæ notam ſubeunt coram auditoribus nihil *perturbationis* paſſis: *quippe* qui commoti ſunt coram non commotis: ſed de ſcriptis patheticis alius nobis eſt locus. *De Parenthyrſo.*

Altero verò eorum, de quibus mentionem fecimus (dico autem Frigido), plenus *eſt* Timæus; vir in aliis ſatis peritus *virtutibus ſcribendi* & nonnunquam in Sublimitate ſcriptorum, *De Frigido.*

rum,

L. 8. Πλὴν περὶ μὲν τῶν παθητικῶν] Hanc de Affectibus partem Longinus non habuit in animo huic operi adjungere; ſed in Sect. 44. promittit ſe ſeparatim in alio Commentario de Affectibus tractaturum: miror tamen illum, cum τὰ πάθη ſecundum fontem Sublimitatis vocaverit, non & his quoque ſuum in hoc Commentario locum reliquiſſe.

L. 11. Τίμαιος] Hic Timæus fuit Hiſtoricus Siculus, cui nomen *Epitimæus* ἀπὸ τοῦ ἐπιτιμᾶν à reprehendendo cæteros ſcriptores impoſitum fuit; hunc tamen ut *eruditiſſimum*, & *rerum copiâ & ſententiarum varietate abundantiſſimum*, & *ipſâ compoſitione verborum non impolitum* laudat Cicero de Orat. l. 2. c. 14. cujus de Timæo judicio judicium Longini hîc bene reſpondet; etenim πολυΐστωρ ſignificat *eruditiſſimus*, οὐκ ἄφορος & ἐπινοητικὸς ſignificant *rerum copiâ & ſententiarum* (ſive ſenſuum) *varietate abundantiſſimus*.

Ibid. Καὶ πρὸς λόγων ἐνίοτε μέγεθος, οὐκ ἄφορος] Ita verba punctis diſtinguenda eſſe curavi, cum antea iſtud comma

ma

ἐπινοητικὸς, πλὴν ἀλλοτρίων μὲν ἐλεγκτικώτατος ἁμαρτημάτων, ἀνεπαίσθητος δὲ ἰδίων· ὑπὸ δὲ ἔρωτος τοῦ ξένας νοήσεις ἀεὶ κινεῖν πολλάκις ἐκπίπτων εἰς τὸ παιδαρειωδέστατον. Παραθήσομαι καὶ τ' ἀνδρὸς ἓν ἢ δύο, ἐπειδὴ τὰ πλείω προέλαβεν ὁ Κεκίλιος. Ἐπαινῶν Ἀλέξανδρον τὸν μέγαν, "ὃς τὴν Ἀσίαν ὅλην, φησὶν, ἐν ἐλάττοσι παρέλαβεν ἔτεσιν, ἢ ὅσοις τὸν ὑπὲρ τοῦ πρὸς Πέρσας πολέμου πανηγυρικὸν λόγον Ἰσοκράτης ἔγραψεν." Θαυμαστὴ γε τοῦ Μακεδόνος ἡ πρὸς τὸν Σοφιστὴν σύγκρισις. Δῆλον γὰρ, ὦ Τίμαιε, ὡς οἱ Λακεδαιμόνιοι διὰ τοῦτο πολὺ τοῦ Ἰσοκράτους κατ' ἀνδρείαν ἐλείποντο· ἐπειδὴ οἱ μὲν τριάκοντα ἔτεσι Μεσσήνην παρέλαβον, ὁ δὲ τὸν πανηγυρικὸν ἐν μόνοις δέκα συνετάξατο. Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ἁλοῦσι περὶ Σικελίαν, τίνα τρόπον ἐπιφωνεῖ; ὅτι "εἰς τὸν Ἑρμῆν ἀσεβήσαντες, καὶ περικόψαντες αὐτοῦ τὰ ἀγάλματα, διὰ τοῦτ' ἔδωκαν δίκην· οὐχ ἥκιστα δι' ἕνα ἄνδρα, ὃς ἀπὸ τοῦ παρανομηθέντος διὰ πατέρων ἦν, Ἑρμοκράτην τὸν Ἕρμωνος." Ὥστε θαυμάζειν με, Τερεν-

τιανὲ

ma post μέγεθος deesset; vox ἄφορος est per se satis, significatque *sterilis*: præpositio πρὸς respicit ad ἱκανὸς, quæ præcesserat: ἀνὴρ (subintellige πρὸς) τὰ μὲν ἄλλα ἱκανὸς, καὶ πρὸς λόγων ἐνίοτε μέγεθος. vide p. 28. lin. 4. & quæ de hâc loquendi formulâ diximus in Notâ ad voces τῇ μάχῃ, &c. Sect. 16.

L. 10. Τοῦ Μακέδονος] Sic vocatur Alexander ille Magnus, ut qui inter Macedonas omnium maximè illustris esset: nec aliter Quin. Curtius eum appellat. l. 3. c. 11. *Quod ubi Macedo conspexit* &c.

L. 13. Τριάκοντα ἔτεσιν] Abunde ex Historicis constat Messenen non tricesimo, sed vicesimo anno à Lacedæmoniis captam fuisse. Censet igitur Faber Longinum scripsisse κ', *viginti*, pro quo Exscripto-

res

rum, non ſterilis, eruditus, ſenſibus abundans; ſed maximus alienorum vitiorum inſectator, ad ſua verò non attendens: quique præ ſtudio ſemper concipiendi *novos* & peregrinos ſenſus ſæpe incidit in id quod maximè Puerile eſt: Proferam verò hujus viri unum aut duo *exempla*, quia Cecilius pleraque ante occupavit: laudans Alexandrum magnum, dicit, "Qui totam Aſiam intra pauciores annos ſubegit, quàm "Panegyricam orationem de bello contra Perſas *gerendo* Iſocrates conſcripſit." Egregia ſcilicet Macedonis illius cum Sophiſtâ comparatio. Manifeſtum eſt enim, O Timæe, quòd Lacedæmonios hoc nomine multum Iſócrates ſtrenuitate excellebat; quoniam illi quidem triginta annos in expugnandâ Meſſene conſumſêrunt, hic autem in Panegyricâ *suâ oratione* componendâ ſolos decem. Porrò Athenienſibus in Siciliâ captis quo more inſultat? *dicit* eos, "propterea quòd impiè ſe geſſiſſent in "Hermem, & mutilâſſent ejus ſtatuas, ob hoc "pœnas dediſſe; præcipuè per unum homi- "nem, qui ex paterno genere fuit oriundus ab "illo *Deo* violato, Hermocratem filium Her- "monis." Adeo ut mirer equidem, ſuaviſſime Teren-

res librorum legerunt λ. *triginta.*

L. 17. Περικόψαντες αὐτοῦ &c.] Statuas Mercurii, quotquot Athenis erant, unâ nocte mutilatas fuiſſe refert Thucyd. l. 6. aliique auctores.

πανὲ ἥδιστε, πῶς οὐ καὶ εἰς Διονύσιον γράφει τὸν τύραννον. "ἐπεὶ γὰρ εἰς τὸν Δία καὶ τὸν Ἡρακλέα δυσσεβὴς ἐγένετο, διὰ τοῦτ' αὐτὸν Δίων καὶ Ἡρακλείδης τῆς τυραννίδος ἀφείλοντο." Τί δεῖ περὶ Τιμαίου λέγειν; ὅπου γε καὶ οἱ ἥρωες ἐκεῖνοι (Ξενοφῶντα λέγω καὶ Πλάτωνα), καίτοι γ' ἐκ τῆς Σωκράτους ὄντες παλαίστρας, ὅμως διὰ τὰ οὕτως μικροχαρῆ, ἑαυτῶν ποτε ἐπιλανθάνονται. Ὁ μέν γε ἐν τῇ Λακεδαιμονίων γράφει πολιτείᾳ, "ἐκείνων γοῦν ἧττον μὲν ἂν φωνὴν ἀκούσαις ἢ τῶν λιθίνων, ἧττον δ' ἂν ὄμματα στρέψαις ἢ τῶν χαλκῶν· αἰδημονεστέρους δ' ἂν αὐτοὺς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων." Ἀμφικράτει, καὶ οὐ Ξενοφῶντι, ἔπρεπε τὰς

L. 4. Τῆς τυραννίδος] Ita MSi Par. Ambr. & Vat. 3. & Editio Robortelli, vice vulgatæ lectionis τὴν τυραννίδα. Sic habes apud Herodian. lib. 3. Ἀλβῖνον κεφαλῆς ἀφεῖλον *Albino caput abstulerunt.*

Ibid. Τί δεῖ &c.] Ante hæc verba vulgò præcedit καίτοι. quod sensûs gratiâ & auctoritate Edit. pr. & MSorum Par. & Ambr. ejicio: in duobus etiam MSis Vat. τοὶ deest: istud καίτοι huc irrepsisse videtur ex sequenti καίτοι γ' ἐκ τῆς Σωκράτους, &c. quod in hâc Editione ab hoc loco penè duas lineas distat. Hoc eò notandum velim, quòd in aliis Longini locis (ut in Emendat. ad Sect. 35. dicturus sum) inveni ad eandem distantiam verbum ex sua sede in alienam transiisse: unde opinor istud duarum penè linearum in Edit. illâ spatium unam lineam in vetustissimis hujus Commentarii MSis effecisse: quod si fuerit, usitatum esse scimus iis, qui libellum aliquem exscribunt, errare in lineâ incipiendâ, verbumque primum sequentis aut præcedentis lineæ ex incuriâ facere primum lineæ mediæ.

L. 6. Παλαίστρας] Hæc vox significat Scholam sive disputandi locum: nam Græci Philosophi in iis locis disputare soliti sunt, quæ luctantium exercitationis causâ ædificarentur: vide Cic. de Or. l. 2. c. 5.

L. 11. Στρέψαις] Hæc est lectio Robort. & MSorum Par. Ambr. & Vat. 3. non μεταστρέψαις.

Terentiane, cur non in tyrannum Dionysium scribat; "quoniam enim impius fuit in Dia "(sive *Jovem*) & Herculem, ob hoc Dion & "Heraclides eum tyrannide spoliarunt." Quid *verò* opus est de Timæo loqui? quum etiam illi Heroes (Xenophontem dico & Platonem), quanquam ex Socraticâ erant Palæstrâ, tamen, ob *sensus* tam abjectos, sui ipsorum aliquando obliviscuntur. Ille quidem (*sc. Xenophon*) in *libro de* republicâ Lacedæmoniorum scribit; "illorum sanè vocem minus posses audire, quàm "lapidearum *statuarum*, oculos minus flectere "quàm æ̀rearum: verecundiores autem illos "putares etiam ipsis, quæ in oculis sunt, vir-"ginibus"; Amphicratem, non Xenophontem, decuit

στρέψαις, quæ hodie legitur & apud Longinum & apud Xenophontem: hanc vocem, opinor, mutavit Manutius, ut ea vulgatæ Xenophontis lectioni conveniret: sed Stobæus in Exc. Serm. 42. hoc citans habet στρεψάντων, &, ut dixi, MSi ferè omnes præ se ferunt στρέψαις, quod sanioris, opinor, est sensûs: & μετα addi videtur voci στρέψαις ex postremis Syllabis ματα vocis præcedentis.

L. 12. Τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων] In codicibus Xenophontis omnibus, quos nunc habemus, multo aliter hic locus legitur, sc. τῶν ἐν τοῖς θαλάμοις παρθένων: quam veram esse Xenophontis lectionem Critici vulgò sentiunt, Longinumque hîc loci aut malo codice usum, aut memoriæ suæ nimium fisum esse contendunt: sed iis parum assentior; Unicum hoc, quod in Xenophonte vituperat Longinus, non temerè, opinor, protulisset: vox κόρη significat & *virgo* & *pupilla oculi*; hinc παρθένος, quæ æquè ac κόρη significat *virgo*, in illo altero sensu vocis κόρη sc. *pupilla oculi*, ambiguè & frigidè simul à Xenophonte, si Longini lectio vera est, usurpatur.

τὰς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν κόρας λέγειν "παρ-" "θένους αἰδήμονας." Οἷον δὲ, Ἡράκλεις, τὸ τὰς ἁπάντων ἐξῆς κόρας αἰσχυντηλὰς εἶναι πεπεῖσθαι, ὅπου φασὶν οὐδενὶ οὕτως ἐνσημαίνεσθαι τὴν τινων ἀναίδειαν, ὡς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς; ἰταμὸν, "Οἰνοβαρὲς, κυ-" "νὸς ὄμματ' ἔχων," φησίν. Ὁ μέντοι Τίμαιος, ὡς φωρίου τινὸς ἐφαπτόμενος, οὐδὲ τοῦτο Ξενοφῶντι τὸ ψυχρὸν κατέλιπεν· φησὶ γοῦν ἐπὶ τοῦ Ἀγαθοκλέους καὶ τὸ, "τὴν ἀνεψιὰν, ἑτέρῳ δεδομένην, ἐκ "τῶν ἀνακαλυπτηρίων ἁρπάσαντα ἀπελθεῖν· ὃ τίς "ἂν ἐποίησεν ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας, μὴ πόρνας, "ἔχων;" Τί καὶ ὁ τ' ἄλλα θεῖος Πλάτων; τὰς δέλτους θέλων εἰπεῖν, "γράψαντες, φησὶν, ἐν τοῖς "ἱεροῖς θήσουσι κυπαριττίνας μνήμας." καὶ πάλιν, "περὶ δὲ τειχῶν, ὦ Μέγιλλε, ἐγὼ ξυμφεροίμην "ἂν τῇ Σπάρτῃ, τὸ καθεύδειν ἐᾶν ἐν τῇ γῇ κα-

"ταχεί-

L. 5. Ἰταμὸν] Vulgatæ Editiones sequuntur Manutianam, quæ prima δ' ἅπερ Ὅμηρος τὸν in textum induxit; at ista 3 verba desunt in Edit. primâ & in MSS. Par. Ambr. & Vat. 2. & 3. Manutii hinc error natus videtur, quòd putârit casum nominativum oportere præcedere vocem φησὶν, & quòd cognoverit sequentia verba esse Homeri; sed de usu vocis φησὶ sine nominativo vide Emendationem ad verba, γίνονται γοῦν, φησί. Pag. 9. Porro notandum est Tollium legere hîc πρὸς τὸν ἰταμὸν, & Schurz. περὶ τοῦ ἰταμοῦ ——— uterque malè: φησὶν enim significat hîc non *dicere* simpliciter, sed *vocare*; sic habes in fine Sect. 9. οὓς ὁ Ζωΐλος ἔφη χοιρίδια κλαίοντα. & in Sect. 33. τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ φησὶν ἀκρόπολιν.

Ibid. Οἰνοβαρὲς &c.] Homeri hæc sunt verba in Iliad. α. v. 225.

L. 7. Ὡς φωρίου &c.] Qui furantur, omne id, quod attigerint, sive magni sive nullius sit pretii, secum auferunt: eodem modo Timæus, cum se ad furandum à Xenophonte immisisset, rem, in quam primùm inciderit, frigidam licet

&

decuit pupillas, quæ ſunt in oculis noſtris, appellare "virgines verecundas." Quale autem mehercule eſt, perſuaſum habere omnium pupillas ſine diſcrimine verecundas fuiſſe, cum vulgò dicunt nullâ in re impudentiam quorundam tam declarari quàm in oculis? vocat *aliquis* (ſc. Homerus) *hominem* impudentem, " O Temulente, " caninos oculos habens." Timæus quidem, ut qui furtivum aliquod attigerit, ne hoc frigidum *dictum* Xenophonti reliquit: nempe dicit de Agathocle etiam hoc, " illum conſobrinam " alteri *in conjugio* datam ab ipſis muneribus " nuptialibus abripuiſſe, & abiiſſe: Quod quis " feciſſet, qui in oculis virgines, non ſcorta, " haberet?" Quid autem *facit* Plato in aliis rebus *ſcriptor* divinus? cum velit dicere libros, " poſtquam (inquit) ſcripſerint, in templis " deponent cupreſſea monumenta:" rurſuſque " Quod ad muros attinet, O Megille, ego aſſen- " tiar Spartæ, uti dormire ſinamus muros humi " jacen-

& nullius pretii, ſecum clam abſtulit.

L. 9. Καὶ τὸ] Vox τὸ ponitur hîc pro τοῦτο. ut ſæpiſſimè in hoc opere poſſis videre.

L. 10. Ἐκ τῆς ἀνακαλυπτηρίων] i. e. eo ipſo die, qui poſt nuptias illuxit: Apud antiquos mos fuit eam, quæ nuptura eſſet, ad ſponſum velatam deducere: poſteà peractis nuptiis, pronubæ officium fuit velum amovere: hinc dies, quo hoc peractum eſſet ἀνακαλυπτήρια vocatus eſt: vel potiùs munera ea, quæ eo die velut virginitatis amiſſæ præmia ſponſæ darentur, hâc voce ſignificantur.

L. 13. Ἐν τοῖς ἱεροῖς] Hæc Platonis locutio occurrit in l. 5. de Legibus, illa verò quæ ſequitur, in l. 6.

« τακείμενα τὰ τείχη, καὶ μὴ ἐπανίςασθαι.» Καὶ τὸ Ἡροδότειον οὐ πόῤῥω, τὸ φάναι « τὰς καλὰς γυναῖ- « κας ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν.» Καί τοι γε ἔχει τινὰ παραμυθίαν· οἱ γὰρ παρ' αὐτῷ ταυτὶ λέγοντές εἰσιν οἱ βάρβαροι, καὶ ἐν μέθῃ· ἀλλ' οὐδ' ἐκ τοιούτων προσώπων διὰ μικροψυχίαν καλὸν ἀσχημονεῖν πρὸς τὸν αἰῶνα.

Sect. V. Ἅπαντα μέν τοι, τὰ οὕτως ἄσεμνα, διὰ μίαν ἐμφύεται τοῖς λόγοις αἰτίαν, διὰ τὸ περὶ τὰς νοήσεις καινόσπουδον, (περὶ ὃ δὴ μάλιςα κορυβαντιῶσιν οἱ νῦν)· Ἀφ' ὧν γὰρ ἡμῖν τ' ἀγαθὰ, σχεδὸν ἀπ' αὐτῶν

τούτων

L. 2. Τὰς καλὰς &c,] Vide Herodotum in Terpsich. c. 18. ubi hæc verba reperiuntur: cum Amyntas legatos Persarum hospitio exciperet, illi ebrii Amyntam orabant, ut sibi, patrio more, mulieres formosæ afferrentur inter convivia: Amyntas quamvis invitus annuit, mulieresque in cœnaculum introducit: illæ pudibundæ non ad latus Persarum, sed in opposito iis loco sedebant: questi sunt igitur Legati, dixeruntque melius esse, ut fœminæ illæ *omnino non venissent, quàm ut eæ venientes procul & ex opposito sederent, dolores ipsis oculorum.*

Notandum verò videtur clarissimos homines nonnullos, sc. Langbænium, Fabrum, & Victorium l. 2. Var. Lect. c. 5. Herodotum hîc contra Longini judicium defendere, similesque (ut putant) ex variis auctoribus locutiones afferre: mihi quidem constat eos non satis mentem Longini attigisse: quippe qui non improbâsset, si quis dixisset eas mulieres procul sedentes spectantium juvenum oculos doloribus affecisse; solùm negat eas sanè dici posse *dolores oculorum*: non sunt dolores ipsi, sed dolores fortasse excitant: Metonymia hîc est effectûs pro efficienti, quam velut nimiam duramque in illo Herodoti loco vituperat Longinus: ille, qui hanc Herodoteam locutionem improbat, probâsset fortè illud Alexandri magni vocantis mulieres Persicas βολίδας ὀμμάτων *jacula oculorum*, & illud Æschyli ap-

pellantis

"jacentes, & non exſuſcitemus." Et illud Herodoti non procul eſt *à frigido*, nempe vocare "formoſas mulieres dolores oculorum:" quanquam habet quandam excuſationem; ii enim, qui apud ipſum hoc dicunt, barbari ſunt & ebrii: ſed neque ſub talibus perſonis æquum eſt in æternum abjecti animi notâ inuri.

Omnia quidem, quæ ſunt adeo indecora, innaſcuntur ſcriptis unâ ex causâ, *nempe* ex ſtudio novitatis in ſenſibus *proferendis*, (quâ in re præſertim hodierni *ſcriptores* inſaniunt): à quibus enim bona, ab his prope ipſis etiam mala *Unde fluant prædicta vitia.*

pellantis Helenam *μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος tenerum oculorum jaculum.*

L. 8. Ἅπαντα μέν τοι, τὰ οὕτως ἄσεμνα] Sic legendum eſt auctoritate MSorum Par. Ven. Ambr. & Edit. primæ; Manutius poſt ἅπαντα vocem ταῦτα in textum inſeruit, quæ hîc planè otioſa eſt, niſi ἅπαντα cum ultimo verbo præcedentis Sect. αἰῶνα conjungatur.

L. 10. Κορυβαντιῶσιν] Corybantes Jovis erant nutricii, Rheæ filii, ſic dicti ἀπὸ τοῦ κορύπτοντας βαίνειν ὀρχηστικῶς ab eo quòd cum ſaltatione incederent: quia verò Corybantes ſaltare & inſtinctu divino cieri ſolebant, idcirco qui furore correpti aguntur, Corybantiare dicuntur: Langb. Hæc Metaphora mihi videtur deſumpta à geſtibus ſaltationibuſque, quibus uſi ſunt ii, qui Corybantium ſacris initiabantur. Ὅταν Δημοσθένους (inquit Dion. Halicarn. περὶ Δημοσθ. δεινότητ.) τινὰ λάβω λόγον, ἐνθουσιῶ τε, καὶ δεῦρο κἀκεῖσε ἄγομαι. —— διαφέρειν τε οὐδὲν ἐμαυτοῦ δοκῶ τῶν τὰ Μητρῷα καὶ τὰ Κορυβαντικὰ, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσιά ἐστι, τελουμένων. *Cum aliquam in manus ſumo Demoſthenis orationem, divino furore inflor, & modo huc, modo illuc agor: —— idemque mihi evenire videtur, quod illis ſolet, qui matris Cybeles & Corybantium ſacris, & ſi qua alia his ſimilia ſint, initiantur.*

L. 1.

τούτων καὶ τὰ κακὰ γίγνεσθαι φιλεῖ. Ὅθεν ἐπίφορον εἰς συνταγμάτων κατόρθωσιν τά τε κάλλη τῆς ἑρμηνείας, καὶ τὰ ὕψη, καὶ πρὸς τούτοις αἱ ἡδοναί· καὶ αὐτὰ ταῦτα, καθάπερ τῆς ἐπιτυχίας, οὕτως ἀρχαὶ καὶ ὑποθέσεις καὶ τῶν ἐναντίων καθίστανται. Τοιοῦτόν πως καὶ ὑπερβολαί, καὶ τὰ πληθυντικά· δείξομεν δ' ἐν τοῖς ἔπειτα τὸν κίνδυνον, ὃν ἔχειν ἐοίκασι. Διόπερ ἀναγκαῖον ἤδη διαπορεῖν καὶ ὑποτίθεσθαι, δι' ὅτου τρόπου τὰς ἀνακεκραμένας κακίας τοῖς ὑψηλοῖς ἐκφεύγειν ἂν δυναίμεθα.

Sect. VI. Ἔστι δὲ, ὦ φίλος, εἴ τινα περιποιησαίμεθ' ἐν πρώτοις καθαρὰν τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὕψους ἐπιστήμην καὶ ἐπίκρισιν· καίτοι τὸ πρᾶγμα δύσληπτον· ἡ γὰρ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐστι πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα. Οὐ μὴν ἀλλ', ὡς εἰπεῖν ἐν παραγγέλματι, ἐντεῦθέν ποθεν ἴσως τὴν διάγνωσιν αὐτῶν οὐκ ἀδύνατον πορίζεσθαι.

Sect. VII. Εἰδέναι χρὴ, φίλτατε, διότι, καθάπερ κἀν τῷ κοινῷ βίῳ οὐδὲν ὑπάρχει μέγα, οὗ τὸ καταφρονεῖν ἐστι

L. 1. Ὅθεν ἐπίφορον] Tollius illud ἐπίφορον in ἐπίφορα verti voluit: quia substantivum τὰ κάλλη præcedit: sed illum fugit, Longinum passim ferè hoc modo loqui solere: habemus (e. g.) in Sect. 1. ἐξοχή τις λόγων ἐστὶ τὰ ὕψη. & Sect. 32. Ἡ χρῆσις τῶν τρόπων, ὥσπερ τ' ἄλλα πάντα καλὰ ἐν λόγοις, προαγωγὸν ἀεὶ πρὸς τὸ ἄμετρον, & in fine hujus ipsius Sect. occurrit τοιοῦτον πως καὶ αἱ μεταβολαὶ καὶ αἱ ὑπερβολαὶ καὶ τὰ πληθυντικά.

L. 11. Ἔστι δὲ, ὦ φίλος,] Ita MSi Par. El. Ambr. & Vat. 3. necnon Editio Robortelli; Editio Manutii habet ἔσται δὲ, ὦ φίλος: sed istud φίλος in φιλότης

mala solent nobis provenire: unde & Ornamenta Elocutionis, & Sublimitates, & præterea Suavitates *sunt* id, quod fert *homines* ad libros rectè scribendos; & *tamen* hæc ipsa sunt principia causæque, ut felicitatis *in scriptis*, ita etiam contrariorum. Tale quidem *sunt* & Hyperbolæ, & Pluralia: ostendemus autem in iis, quæ sequuntur, periculum, quod videntur habere. Quare necessarium est jam inquirere & statuere, quo modo illa vitia, quæ Sublimibus commixta sunt, fugere possimus.

Hoc autem fit, O Amice, si quam claram veræ Sublimitatis scientiam, & judicium imprimis comparaverimus: quanquam res est ad consequendum difficilis; nam de scriptis judicium est multæ experientiæ ultimus fœtus. Veruntamen, si loquar per præceptum, hinc forsitan non impossible est judicium de iis consequi.

Vera Sublimitatis scientia comparanda est.

Oportet scire, charissime, quòd quemadmodum etiam in communi vitâ nihil est magnum, quod contemnere magnum est: velut Divitiæ,

Quomodo Sublimitas cognosci potest.

φίλοτης versum est à Fabro: malè, opinor; cur enim non dici potest ὦ φίλος, cum dicat Hom. Il. γ. v. 277. ἠέλιος Atticè (ut ibi notat Didymus) pro ἠέλιε? Imò occurrit apud Theocr. Idyll. 1. v. 149. —— θᾶσαι, φίλος, ὡς καλὸν ὄσδει.

L. 15. Οὐ μὴν ἀλλ', &c.] Sensus est: quanquam judicium de scriptis ferre, experientiæ ultimus fructus est, tamen non impossibile est id præceptorum vi consequi.

ἐστι μέγα· οἷον πλοῦτοι, τιμαί, δόξαι, τυραννίδες, καὶ ὅσα δὴ ἄλλα ἔχει πολὺ τὸ ἔξωθεν προστραγῳδούμενον, οὐκ ἂν τῷ γε φρονίμῳ δόξειεν ἀγαθὰ ὑπερβάλλοντα, ὧν αὐτὸ τὸ περιφρονεῖν ἀγαθὸν οὐ μέτριον· θαυμάζουσι γοῦν τῶν ἐχόντων αὐτὰ μᾶλλον τοὺς δυναμένους ἔχειν, καὶ διὰ μεγαλοψυχίαν ὑπερφρονοῦντας. Τῇ δέ που καὶ ἐπὶ τῶν διηρμένων ἐν ποιήμασι καὶ λόγοις ἐπισκεπτέον, μή τινα μεγέθους φαντασίαν ἔχοι τε ταύτην, (ᾗ πολὺ πρόσκειται τὸ εἰκῇ προσαναπλαττόμενον), ἀναπτυσσόμενα δὲ ἄλλως εὑρίσκοιτο χαῦνα, ὧν τοῦ θαυμάζειν τὸ περιφρονεῖν εὐγενέστερον. Φύσει γάρ πως ὑπὸ τἀληθοῦς ὕψους ἐπαίρεταί τε ἡμῶν ἡ ψυχή, καὶ γαῦρόν τι ἀνάθημα λαμβάνουσα πληροῦται χαρᾶς καὶ μεγαλαυχίας, ὡς αὐτὴ γεννήσασα ὅπερ ἤκουσεν. Ὅταν οὖν ὑπ' ἀνδρὸς ἔμφρονος καὶ ἐμπείρου λόγων πολλάκις ἀκουόμενόν τι πρὸς μεγαλοφροσύνην τὴν ψυχὴν μὴ συνδιατιθῇ, μηδ' ἐγκαταλείπῃ τῇ διανοίᾳ πλεῖον τοῦ λεγομένου τὸ ἀναθεωρούμενον, πίπτῃ δ', ἂν τὸ συνεχὲς ἐπισκοπῇς, εἰς ἀπαύξησιν· οὐκ ἂν ἔτ' ἀληθὲς ὕψος εἴη, μέχρι μόνης τῆς ἀκοῆς σωζόμενον. Τοῦτο γὰρ τῷ ὄντι

μέγα,

L. 8. Φαντασίαν ἔχοι τε ταύτην] Sic MS. Vat. 3. cui & MS. Par. convenit, nisi quòd pro ταύτην habet ταύτῃ: Editio pr. legendum præbet ἔχοι τε *, ut videatur ταύτην vel vel alia aliqua vox deesse: in Vossiani libri margine pro variâ lectione fuit ἔχοι τοιαύτην. Vulgata lectio ἔχοντα, à Manutio profecta, cum sequentibus verbis non benè cohæret.

L. 10. Ἀναπτυσσόμενα] MS. Par. ἀναπτυττόμενα.

L. 13. Ἀνάθημα] Manutius edidit παράστημα: sed MSti Par. & Vat. 2. 3. necnon Editio Robort. habent ἀνάθημα; quæ vox, cum ab ἀνατίθημι *erigo* derivatur, cur non poterit significare *elevatio*, sive *erectio animi*?

L. 19.

tiæ, Honores, Dignitates, Imperia, & quæcuncunque alia multum tragici fastus extrà *apparentis* habent, non possunt videri sapienti esse bona præstantia, quorum contemptus ipse non mediocre bonum est; quippe illi, qui iis fruuntur, minus admirationi sunt quàm illi, qui possunt habere, & *tamen* contemnunt propter animi magnitudinem: Eodem modo etiam de iis, quæ Sublimia sunt in poëmatibus & *solutis* orationibus, videndum est, ne nonnulla habeant hanc magnitudinis speciem, (cui multum adhæret temere affictum); explicata verò deinde inveniantur tumida *fuisse*, quæ despicere generosius est quàm admirari. Naturaliter enim animus noster verâ Sublimitate elevatur, recipiensque superbam quandam erectionem impletur gaudio & gloriatione, tanquam ipse produxisset id quod *solùm* audivit. Quando igitur aliquid, sæpiùs auditum ab homine intelligente & in scriptis versato, animum ejus non celsiorem faciat, neque relinquat in animo plus cogitatione conceptum quàm verbis expressum; cadat autem, si tu illud assiduè contempleris, in id quod *exile* & minutum est; non potest *illud* esse Sublimitas vera, quæ non ultrà auditum perdurat. Hoc enim reverà magnum est, quod

L. 19. Πίπτῃ δ', ἂν τὸ &c.] Vox τὸ significat hîc αὐτὸ, (de quâ re vide quæ dixi in Emend. ad Sect. 10.) nisi malis legere ἂν αὐτὸ, MS. enim Par. habet ἄνδ τὸ.

μέγα, οὗ πολλὴ μὲν ἡ ἀναθεώρησις, δύσκολος δὲ, μᾶλλον δ' ἀδύνατος ἡ κατεξανάστασις· ἰσχυρὰ δὲ ἡ μνήμη, καὶ δυσεξάλειπτος. Ὅλως δὲ καλὰ νόμιζε ὕψη καὶ ἀληθινὰ, τὰ διαπαντὸς ἀρέσκοντα καὶ πᾶσιν· ὅταν γὰρ τοῖς ἀπὸ διαφόρων ἐπιτηδευμάτων, βίων, ζήλων, ἡλικιῶν, λόγων ἕν τι καὶ ταυτὸν ἅμα περὶ τῶν αὐτῶν ἅπασι δοκῇ, τόθ' ἡ ἐξ ἀσυμφώνων ὡς κρίσις καὶ συγκατάθεσις τὴν ἐπὶ τῷ θαυμαζομένῳ πίστιν ἰσχυρὰν λαμβάνει καὶ ἀναμφίλεκτον.

Sect. VIII. Ἐπεὶ δὲ πέντε, ὡς ἂν εἴποι τις, πηγαί τινές εἰσιν αἱ τῆς ὑψηγορίας γονιμώταται, (προϋποκειμένης, ὥσπερ ἐδάφους τινὸς κοινοῦ, τῆς πέντε ταύταις ἰδέαις τῆς ἐν τῷ λέγειν

L. 1. Κατεξανάστασις] Ita Editio pr. & MSti Par. & Ambr. & hanc lectionem illâ meliorem duco, quam edidit Manutius *κατεξανάστησις*, & quæ, fatentibus doctissimis quibusdam viris, non alibi reperitur: Non igitur opus est, ut cum vel Fabro vel Daciero, ignotum novi verbi sensum venemur, cum usitata vox *κατεξανάστασις* derivatur à *κατεξανίσταμαι contra aliquem insurgo*, sive *alicui resisto*: Sensus est: Sublimitas tanto impetu tantâque vi in nos irruit, ut ei non possimus resistere, eâque difficile sit non commoveri: Idem hîc Longinus dicit de Sublimitate in genere, quod de Sublimitate Demosthenis dicit in Sect. 34. Θᾶττον ἄν τις κεραυνοῖς φερομένοις ἀντῖξαι τὰ ὄμματα δύναιτο, ἢ ἀντοφθαλμῆσαι τοῖς ἐπαλλήλοις ἐκείνου πάθεσιν.

L. 6. Λόγων ἕν τι] Delevi comma post λόγων, ut ad sequentia verba περὶ τῶν αὐτῶν respiciat, eoque sensus sit clarior: idemque faciunt Edit. nonnullæ.

L. 7. Ὡς κρίσις] Fortè legendum est *ὡς κρᾶσις*, quam conjecturam mihi suggerit particula *ὡς*, quæ ante *κρίσις* otiosa est, opinor; rectè verò dicitur *κρᾶσις ἡ τῶν ἀσυμφώνων discordium sonorum mixtio*, quo modo Longinus dicit Sect. 28. *ἂν μὴ ἔχῃ φυσῶδές τι καὶ ἄμικτον, ἀλλ' ἡδέως κεκραμένοις* & Sect. 39. *τῇ πρὸς ἀλλήλους κρᾶσει* (MS. El. *κράσει*) *καὶ μίξει* τῆς

quod multum mente concipiendum efficit, cui autem difficile, potius verò impoſſibile eſt reſiſtere; cujus denique recordatio firma eſt & vix extinguenda. Omnino verò ea arbitrare eſſe pulchra & vera Sublimia, quæ ſemper & omnibus placent; cum enim iis omnibus, qui differunt moribus, vitæ generibus, ſtudiis, & ætatibus, unum aliquod idemque ſimul de iiſdem ſcriptis videatur, tunc illa, quæ fit ex diſcordibus, quaſi mixtio & conſenſus fidem ei, quod in admiratione eſt, validam indubitatamque acquirit.

Quoniam verò quinque (ut ita dicam) fontes ſunt fœcundiſſimi Sublimitatis, (ſubſtratâ prius, quaſi communi quodam fundamento, his quin- *Quòd quinque ſunt loci Sublimitatis.*

τῆς συμφωνίας. Quod ad loquendi formulam attinet *κρᾶσις ἢ ἐκ* &c. habemus exemplum ejuſdem apud Theophraſtum, qui dicit *ἡ κρᾶσις ἡ ἐκ τοῦ ἀέρος temperamentum aëris.*

L. 10. Ἐπεὶ δὲ πέντε &c.] Finitis jam iis, quæ in initio hujus Commentarii Longinus dicenda habuit, ſc. quæ ſint vitia Sublimitati contraria, & quid ſit ipſa Sublimitas, quibuſque modis à tumido dicendi genere diſtinguenda, quinque nobis exponit fontes, unde vera Sublimitas oriatur, quorum

1. Eſt Felix in ſenſibus (ſive ſententiis) proferendis Audacia.
2. Vehemens & quaſi divinitus immiſſus Affectus.
3. Certa quædam Figurarum tum ſententiæ, tum dictionis conformatio.
4. Splendida Elocutio tum in delectu verborum, tum in Troporum uſu conſiſtens.
5. Magnifica & grandis compoſitio.

De primo fonte tractat in Sect. 9. de ſecundo nihil hîc omnino dicit, utpote ſeorſim de eo in alio opere tractaturus; de tertio agit in Sect. 16. de quarto in Sect. 30. de quinto in Sect. 39.

λέγειν δυνάμεως, ἧς ὅλως χωρὶς οὐδὲν), πρῶτον μὲν καὶ κράτιστον, τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἁδρεπήβολον, ὡς κἀν τοῖς περὶ Ξενοφῶντος ὡρισάμεθα· δεύτερον δέ, τὸ σφοδρὸν καὶ ἐνθουσιαστικὸν πάθος· ἀλλ' αἱ μὲν δύο αὗται τοῦ ὕψους κατὰ τὸ πλέον αὐθιγενεῖς συστάσεις, αἱ λοιπαὶ δ' ἤδη καὶ διὰ τέχνης· ἥτε ποιὰ τῶν σχημάτων πλάσις, (δισσὰ δέ που ταῦτα, τὰ μὲν νοήσεως, θάτερα δὲ λέξεως)· ἐπὶ δὲ τούτοις ἡ γενναία φράσις, ἧς μέρη πάλιν ὀνομάτων τε ἐκλογή, καὶ ἡ τροπικὴ καὶ πεποιημένη λέξις· πέμπτη δὲ μεγέθους αἰτία, καὶ συγκλείουσα τὰ πρὸ ἑαυτῆς ἅπαντα, ἡ ἐν ἀξιώματι καὶ διάρσει σύνθεσις· φέρε δή, τὰ ἐμπεριεχόμενα καθ' ἑκάστην ἰδέαν τούτων ἐπισκεψώμεθα, τοσοῦτον προειπόντες, ὅτι τῶν πέντε μορίων ὁ Κεκίλιός ἐστιν ἃ παρέλιπεν, ὡς καὶ τὸ πάθος ἀμέλει. Ἀλλ' εἰ μὲν ὡς ἕν τι ταῦτ' ἄμφω, τό τε ὕψος καὶ τὸ παθητικόν, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ πάντη συνυπάρχειν τε ἀλλήλοις καὶ συμπεφυκέναι, διαμαρτάνει· καὶ γὰρ πάθη τινὰ διεστῶτα ὕψους καὶ ταπεινὰ εὑρίσκεται,

καθάπερ

L. 1. Πρῶτον μὲν καὶ] Ita MS. Par. cum vulgò sit μὲν γὰρ καὶ.

L. 10. Καὶ πεποιημένη] Eodem modo locutus est Cicero in l. 3. *De Orat.* c. 48. *Oratio, quæ quidem polita sit, atque* facta *quodammodo*. Et in Bruto, *Accurata & facta quodammodo oratio*, i. e. artificio quodam distincta, & elaborata.

L. 15. Ἐστὶν ἃ] i. e. *quidam*: usitata Græcis dicendi formula, quam & Latini imitantur, cum dicunt *sunt qui* pro *quidam*.

L. 17. Καὶ ἔδοξεν αὐτῷ] Si Emendatione opus sit, delenda est vox καὶ: sin eam retineas, verte *etiam*, ut sit potius expletiva quam copulativa. Tollius suspicatur verbum aliquod post ἄμφω excidisse; quod si verum est, opinor id non fuisse (ut ille censet) ἐνόμιζε, (quis enim

quinque formis facultate dicendi, sine quâ omnino nihil est); primum enim & valentissimum est felix in sensibus audacia, ut etiam in illis, quæ de Xenophonte scripsimus, definivimus: Secundum verò est vehemens & quasi numinis afflatu conceptus Affectus; sed hæ duæ res, quæ constituunt Sublimitatem, maximâ sui parte sunt ingenitæ *hominibus*; quæ verò jam sequuntur, etiam ex arte *veniunt*: *nempe*, & *(quæ est fons tertius)* certa quædam figurarum conformatio; (duplices autem hæ *figuræ sunt*, aliæ sententiæ, aliæ dictionis): & prætereà splendida Elocutio (*quæ quartus est fons*), cujus rursus partes sunt & delectus verborum, & dictio tropis plena atque facta: Quinta verò causa Sublimitatis, eaque quæ concludit omnia ante se *nominata*, est magnifica elataque Compositio; *Quoniam, inquam, hi quinque sunt fontes Sublimitatis*, agedum inspiciamus ea, quæ inhærent in unoquoque harum *rerum* genere, hoc unum præfati, Cecilium omisisse quasdam ex his quinque partibus, ut, verbi gratiâ, eum de Affectibus locum: sed si hæc duo, *nempe* & Sublime & Patheticum, velut una quædam res, etiam viderentur illi omnino secum invicèm connata & coexistentia esse, in errore est; etenim quidam Affectus inveniuntur distincti à Sublimita-

te

nim dicit *νομίζειν ὡς?*) sed ἐ-*ποίησε*: ita enim Longinus loquitur Sect. 10. *καθάπερ ἕν τι σῶμα ποιεῖν.*

καθάπερ οἶκτοι, λῦπαι, φόβοι· καὶ ἔμπαλιν πολλὰ ὕψη δίχα πάθους, ὡς (πρὸς μυρίοις ἄλλοις) καὶ τὰ περὶ τοὺς Ἀλωάδας τῷ Ποιητῇ παρατετολμημένα,

Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν· αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

Καὶ τὸ τούτοις ἔτι μεῖζον ἐπιφερόμενον,

Καί νύ κεν ἐξετέλεσσαν. ——

Παρά γε μὴν τοῖς ῥήτορσι τὰ ἐγκώμια, καὶ τὰ πομπικὰ, καὶ ἐπιδεικτικὰ τὸν μὲν ὄγκον, καὶ τὸ ὑψηλὸν ἐξ ἅπαντος περιέχει, πάθους δὲ χηρεύει κατὰ τὸ πλεῖστον· ὅθεν ἥκιστα τῶν ῥητόρων οἱ περιπαθεῖς ἐγκωμιαστικοὶ, ἢ ἔμπαλιν οἱ ἐπαινετικοὶ περιπαθεῖς. Εἰ δ' αὖ πάλιν ἐξ ὅλου μὴ ἐνόμισεν ὁ Κεκίλιος τὸ ἐμπαθὲς τὰ ὕψη ποτὲ συντελεῖν, καὶ διὰ τοῦτ' οὐχ ἡγήσατο μνήμης ἄξιον, πάνυ διηπάτηται· θαῤῥῶν γὰρ ἀφορισαίμην ἂν, ὡς οὐδὲν οὕτως, ὡς τὸ γενναῖον πάθος ἔνθα χρὴ, μεγαλήγορόν ἐστι, ὥσπερ ὑπὸ μανίας τινὸς καὶ πνεύματος ἐνθουσιαστικῶς ἐκπνέον, καὶ οἱονεὶ φοιβάζον τοὺς λόγους.

ΟΥ

L. 3. Ἀλωάδας] Sc. Otum & Ephialten Gigantas, quos Iphimedia, uxor Aloëi, à Neptuno compressa in lucem edidit: cum illi cœlum rescindere aggrederentur, à Dianâ & Apolline jaculis confixi erant.

Ibid. Τῷ Ποιητῇ &c.] Sc. Homero, cujus hæc sunt verba in Odyss. λ. v. 314. Homerus sæpius tum à Græcis, tum à Latinis scriptoribus *Poeta*, non addito ejus nomine, vocatur; sic in sequenti Sectione habes ἐν ἔτι τῷ Ποιητῇ sc. Homeri; & Vell. Paterculus l. 1. c. 5. sic de Homero dicit: *Clarissimum deinde Homeri illuxit ingenium, sine exemplo maximum, qui magnitudine operis & fulgore carminum solus appellari* Poeta *meruit.*

L. 14. Ἐμπαθὲς τὰ ὕψη ποτὲ συντελεῖν] Faber legendum

te & humiles, velut lamentationes, dolores, metus: & rursus multa *sunt* Sublimia sine Affectu *ullo*, velut (præter innumera alia) etiam illa, quæ de Aloïdis à Poëtâ sunt audaciâ *felici* dicta,

Ossam Olympo conati sunt imponere, & Ossæ
Pelium frondosum, ut cælum scansile esset.

Et illud, quod insuper his majus additum est,

Et sanè perfecissent, &c.

Apud Rhetoras quidem laudationes, & ea quæ ad pompam ostentationemque componuntur, amplitudinem & Sublimitatem ex omni parte *in se* continent, plerumque autem Affectu carent: unde ex Rhetoribus illi, qui in Affectibus *concitandis* valent, minimè ad laudationes facti sunt; & rursus illi, qui in laudando valent, minimè apti sunt Affectibus *concitandis*. Quòd si iterum omnino censuit Cecilius, id, quod Patheticum est, nihil ad Sublimia conferre, & si propterea illud non putavit mentione dignum, prorsus deceptus est: fidenter enim affirmaverim nihil tam magnificum esse quàm Affectum vehementem, ubi opus est, *adhibitum*; cum velut furore aliquo spirituque divinitùs spiret, & scripta quasi plena Phœbo efficiat.

Verun-

dum censet ἐμπαθὲς ἐς τὰ ὕψη &c. & sic loquitur Longinus in initio Sect. 39. συντελεστῶν εἰς τὸ ὕψος,

L. 18. Μεγαλήγορόν ἐστι] In textum recepi illud ἐστι auctoritate Editionis primæ; certè subintelligi debet.

L. 6.

Sect. IX. ΟΥ μὴν ἀλλ', ἐπεὶ τὴν κρατίστην μοῖραν ἐπέχει τῶν ἄλλων τὸ πρῶτον (λέγω δὲ τὸ μεγαλοφυὲς), χρὴ κἀνταῦθα, εἰ καὶ δωρητὸν τὸ πρᾶγμα μᾶλλον ἢ κτητὸν, ὅμως, καθ' ὅσον οἷόντε, τὰς ψυχὰς ἀνατρέφειν πρὸς τὰ μεγέθη, καὶ ὥσπερ ἐγκύμονας ἀεὶ ποιεῖν γενναίου παραστήματος. Τίνα, φήσει, τρόπον; γέγραφά που καὶ ἑτέρωθι, τὸ τοιοῦτον ὕψος μεγαλοφροσύνης ἀπήχημα. Ὅθεν καὶ φωνῆς δίχα θαυμάζεταί ποτε ψιλὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ ἔννοια δι' αὐτὸ τὸ μεγαλόφρον· ὡς ἡ τοῦ Αἴαντος ἐν Νεκυίᾳ σιωπὴ μέγα καὶ παντὸς ὑψηλότερον λόγου. Πρῶτον οὖν τὸ, ἐξ οὗ γίνεται, προϋποτίθεσθαι πάντως ἀναγκαῖον· ὡς ἔχειν δεῖ τὸν ἀληθῆ ῥήτορα μὴ ταπεινὸν φρόνημα καὶ ἀγεννές· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε μικρὰ καὶ δουλοπρεπῆ φρονοῦντας καὶ ἐπιτηδεύοντας παρ' ὅλον τὸν βίον θαυμαστόν τι καὶ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐξενεγκεῖν ἄξιον· μεγάλοι δὲ οἱ λόγοι τούτων κατὰ τὸ εἰκὸς, ὧν ἂν ἐμβριθεῖς ὦσιν

αἱ

L. 6. Τίνα, φήσει, τρόπον] Ita Editio Robortelli & Manutii, pro quo MS. Vat. 2. habet φήσει· : istud φήσει τὶς, quod edidit Tollius, à Fr. Porto profectum est: sed vox φήσει per se sola significat *dicet aliquis*, de quo vide quæ dixi in Emendatione ad voces γυναῖκα γὰρ, φησὶ, in Sect. 2. p. 9.

L. 7. Ἑτέρωθι, τὸ &c.] Tollius jubet legere ἑτέρωθι, ὅτι τὸ &c. sed malim subintelligere vocem εἶναι in hâc sententiâ.

L. 10. Ἐν Νεκυίᾳ &c.] Vide Homeri Odyss. λ. v. 561. Et hoc Ajacis silentium, cum viderit Virgilius Sublime esse, in l. 6. Æneid. imitatus est; ibi enim, cum in Elysio Æneas allocutus esset Didonem,

Illa solo fixos oculos aversa tenebat;
Nec magis incepto vultum sermone movetur,
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes:
Tandem corripuit sese, atque inimica refugit
In nemus umbriferum.

L. 13.

De sensuum altitudine.

VEruntamen, quoniam primum *genus* (dico autem id quod ex animi magnitudine venit) partem obtinet inter cæteras præstantissimam, oportet etiam hîc, (sit licet *hæc* res potius dono *naturæ* accipienda quàm *labore* acquirenda), tamen, quantum possumus, animos nostros ad Sublimia alere & tanquam gravidos amplitudine *quâdam* nobili semper efficere. Quo, dicet *aliquis*, modo? Scripsi in alio etiam loco, quòd hujusmodi Sublimitas est Eccho magnitudinis animi: Unde etiam sine voce admirationi aliquando est nudus per se sensus ob eam ipsam, *quam ostentat*, magnanimitatem; velut silentium Ajacis in *libro*, *qui inscribitur De* Manibus magnum est & omni sermone Sublimius. Primo igitur in loco omnino necessarium est ante oculos *Lectoris* constituere id, ex quo nascitur; *nempe* quòd verus Orator debet habere animum non humilem & abjectum: neque enim fieri potest, ut illi, qui per omnem vitam suam cogitant curantque parva & servilia, proferant aliquid admirandum omnique ætate dignum: Magna vero *sunt* scripta horum *hominum*, uti par est, quorum cogitationes sunt feliciter audaces: Eodem modo etiam ea, quæ maximè Sub-

L. 13. Ὡς ἔχειν δεῖ] Ita Editio prima; cui fortè (ut solet) consensisset MS. Par. nisi in hoc loco infeliciter hiâsset: minus recta est lectio Manutii & MStorum, qui istud δεῖ omittunt.

L. 3.

αἱ ἔννοιαι. Ταύτῃ καὶ εἰς τοὺς μάλιστα φρονηματίας ἐμπίπτει τὰ ὑπερφυᾶ· ὁ γὰρ τῷ Παρμενίωνι φήσαντι, "Ἐγὼ μὲν ἂν ἠρκέσθην, [εἰ Ἀλέξανδρος ἤμην," ἀπεκρίνατο ὁ Ἀλέξανδρος, εἰπὼν, "Κἀγὼ νὴ Δία, "εἰ Παρμενίων ἤμην," τὸ αὐτοῦ μεγαλόφρον δείκνυσιν· ὡς καὶ τὸ Ὁμήρου παρορίζει μεγαλοφυὲς ἐν τῷ

Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει]

τὸ ἐπ' οὐρανὸν ἀπὸ γῆς διάστημα· καὶ τοῦτ' ἂν εἴποι τις οὐ μᾶλλον τῆς Ἔριδος, ἢ Ὁμήρου μέτρον. Ὧ ἀνόμοιόν γε τὸ Ἡσιόδειον ἐπὶ τῆς Ἀχλύος, εἴγε Ἡσιόδου καὶ τὴν Ἀσπίδα θετέον,

Τῆς ἐκ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον.

οὐ γὰρ

L. 3. Ἐγὼ μὲν ἠρκέσθην] Darius, cum jam fractas suas res viderit, seque multis cladibus debilitatum, Legatos ad Alexandrum misit, qui pacem peterent, offerrentque illi Darii filiam & dimidium regni Persiæ: quas conditiones pacis cum offerri senserit Parmenio, dixit, *Ego eas acciperem, si essem Alexander*; cui Alexander, *& ego quidem, si essem Parmenio*: quo dicto innuebat Alexander se majores animos & spes, quàm Parmenionem, habere, nihilque sibi victoriâ partum videri, si quid pariendum superesset. Post hæc verba incipit secundus & longè maximus hujus Commentarii Hiatus; octo enim folia in MSto Par. (ut dicit Cl. Boivinus) desunt: conjicit verò ille, nec temerè quidem, duo ex his octo foliis in recentioribus MSis, ex illo natis, etiamnum servari; Uncis inclusi ea verba, quæ Gabr. de Petra protulit ex Plutarchi Alexandro & ex Homero, ad supplendam sententiam & ante & post hiatum; quædam verò immutavi, cum ille ediderit, Ὁ γὰρ τῷ Παρμενίωνι φήσαντι, Ἐγὼ μὲν ἂν ἠρκέσθην, εἰ Ἀλέξανδρος ἤμην. Κἀγὼ νὴ Δία, εἰπὼν, εἰ Παρμενίων ἤμην, τὸ αὐτοῦ μεγαλόφρον δείκνυσιν * * * * * Hîc addi potest Sublimis illa Scauri defensio, quæ extat in Quinct. Inst. Or. l. 5. c. 12. *Quintus Varius Sucronensis ait Æmilium Scaurum remp. P. R. prodidisse; Æmilius Scaurus negat*: Et illud Iphicratis, qui cum Aristophontem, quo accusante

Sublimia sunt, cadunt in illos qui maximè elatis sunt animis: illud enim, quod Parmenioni dicenti, "Ego quidem contentus essem [*conditionibus oblatis*, si essem Alexander," *respondit Alexander*, dicens, "Et ego quidem, si essem Parmenio," ipsius animi magnitudinem ostendit: ut etiam in illo, *quod de Discordiâ dicit Homerus*,

> *In cælo stabilivit caput suum, & humi graditur,*

Homerici ingenii Sublimitatem determinat] distantia à terrâ ad cœlum; & hanc aliquis dicat non potius mensuram Discordiæ quàm Homeri. Cui dissimile est illud Hesiodi de Tristitiâ, si quidem statuendum sit etiam *poëma illud dictum* Scutum esse Hesiodi,

> *Ejus ex naribus humores fluebant.*

Neque

cusante reus erat, interrogâsset, *An is acceptâ pecuniâ remp. proditurus esset*, isque id negâsset: *Quod igitur* (inquit) *Tu non fecisses, Ego feci?*

L. 8. Τὸ ἐπ' οὐρανὸν &c.] Respicit ad Iliad. δ. v. 443. ubi dicit Hom.

> Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

Quod & Virg. de Famâ dicens imitatur,

> *Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.*
>
> Æn. l. 4. v. 177.

Nec aliter sonat id quod in Sapient. Solomonis c. 18. v. 16. dicitur, *Omnipotens tuus sermo usque ad cœlum pertingebat, stabat verò super terram.*

L. 12. Τῆς ἐκ &c.] Vide Hesiodum in *scuto Herculis* v. 267. ubi apparet (ut Faber & Dacierus dicunt) Ἀχλὺν non esse *Tenebras*, sed *Tristitiam.*

L. 1.

οὐ γὰρ δεινὸν ἐποίησε τὸ εἴδωλον, ἀλλὰ μισητόν. Ὁ δὲ πῶς μεγεθύνει τὰ δαιμόνια;

Ὅσσον δ' ἠεροειδὲς ἀνὴρ ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν
Ἥμενος ἐν σκοπιῇ, λεύσσων ἐπὶ οἴνοπα πόντον·
Τόσσον ἐπιθρώσκουσι θεῶν ὑψηχέες ἵπποι.

Τὴν ὁρμὴν αὐτῶν κοσμικῷ διαστήματι καταμετρεῖ. Τίς οὖν οὐκ ἂν εἰκότως διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους ἐπιφθέγξαιτο, ὅτι, ἂν δὶς ἑξῆς ἐφορμήσωσιν οἱ τῶν θεῶν ἵπποι, οὐκέθ' εὑρήσουσιν ἐν κόσμῳ τόπον; Ὑπερφυᾶ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς θεομαχίας φαντάσματα,

Ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξεν μέγας οὐρανὸς, Οὔλυμπός τε.

Ἔδδεισεν

L. 1. Ὁ δὲ πῶς μεγεθύνει] Manutius habet ὑπερμεγεθύνει sine interrogatione: sed πῶς sine ὑπὲρ extat in MSto Par. & omnibus, præter Manutianam, Editionibus.

L. 3. Ὅσσον δ' ἠεροειδὲς &c.] Versus hi sunt in Hom. Iliad. ε. v. 770.

L. 5. Ὑψηχέες ἵπποι] Ita MSti Vat. 2. & 3. & Ambr. necnon Editio Robortelli, & vulgatæ Homeri editiones: Manutius hîc impressit ὑψαύχενες: sunt verò equi ὑψηχέες, ὧν ὑψοῦ ὁ ἦχος ἥκει τῶν ποδῶν, vel quorum (ut cum Virgilio loquar)

——*sonitu quatit ungula campum.*

L. 8. Ὅτι, ἂν δὶς ἑξῆς &c.] Vox ἑξῆς videtur hîc significare, *æqualiter, pari modo, & impetu*: fortasse tamen legendum est non ἑξῆς, sed καὶ ἴσως, ut in fine Sect. 33. docti nonnulli legendum arbitrati sunt. Sed magis notatu dignum videtur, quomodo Longinus hîc Homerico velut numine inflatus est: non illam Poëtæ divini ἔννοιαν probat modò, & admiratur; sed imitatur, pæne dixeram in altius quiddam tollit: Spatium, quod Homerus unicuique istorum equorum saltui tribuit, tantum est, quantum aliquis oculo potest metiri, cum aërem inspiciat in altissima speculâ positus, & mare versus, ubi nihil videnti obstat, oculos suos intendens: Hoc magnum est satis: Sed Longinus quiddam vel hoc Sublimius protulit: non enim conjectu cujusvis oculorum eos saltus terminat, sed totum mundi spatium duobus istiusmodi saltibus non suffecturum pronunciat.

neque enim fecit imaginem terribilem, sed odiosam. Ille autem *sc. Homerus* quomodo Sublimia reddit ea, quæ de Diis *fingit?*

Quantum verò aëris-per-horizontem-extensi spatium homo videt oculis
Sedens in speculâ, prospectans in nigricantem pontum,
Tantum saltu conficiunt deorum altisoni equi.

motum eorum celerem mundi spatio metitur: quis igitur non ob excellentiam *hujus* Sublimitatis jure dixerit, si bis eodem modo ad saltandum se concitent Deorum equi, eos non amplius inventuros in mundo locum? Valde Sublimes sunt etiam illæ de pugnâ Deorum imagines,

Circum autem insonuit magnum cælum Olympusque,

Timuit

L. 11. Ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξεν] Inter hunc versum & sequentem ponitur in posterioribus Edit. Longini καὶ, notantque Interpretes primum versum, nonnihil mutatum, inveniri apud Hom. Il. φ. v. 388. sequentes verò versus inveniri in Iliad. υ. v. 61. &c. sed opinor Longinum tum primum versum tum sequentes ex eodem loco, nempe ex Iliad. υ. citâsse, aut saltem putâsse eos omnes in uno loco extitisse; deest enim καὶ in MS. Vat. 2. & in Edition. Robortelli & Manutii. Fr. Portus eam particulam primus ex conjecturâ in textum inseruit: at in iis, quibus Longinus hunc Homeri locum paulo infrà laudat, planè videmus eum hos omnes versus unà conjunctos putâsse; πάνθ' ἅμα οὐρανὸς, ᾅδης, τὰ θνητὰ, τὰ ἀθάνατα, &c. ubi enim sunt οὐρανὸς & τὰ ἀθάνατα, si primum versum ab illâ Deorum pugnæ, quæ in sequentibus versibus occurrit, descriptione sejungas? Videamus igitur annon in vulgatis Homeri editionibus Il. υ. ante versum 61. interponendus sit iste versus Ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξεν &c.

L. 1.

Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς·
Δείσας δ' ἐκ θρόνου ἆλτο, καὶ ἴαχε, μή οἱ ἔπειτα
Γαῖαν ἀναῤῥήξειε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Οἰκία δὲ θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι φανείη
Σμερδαλέ', εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ.

Ἐπιβλέπεις, ἑταῖρε, ὡς, ἀναῤῥηγνυμένης μὲν ἐκ βάθρων γῆς, αὐτοῦ δὲ γυμνουμένου ταρτάρου, ἀνατροπὴν δὲ ὅλου καὶ διάστασιν τοῦ κόσμου λαμβάνοντος, πάνθ' ἅμα, οὐρανὸς, ᾅδης, τὰ θνητὰ, τὰ ἀθάνατα, ἅμα τῇ τότε συμπολεμεῖ καὶ συγκινδυνεύει μάχῃ· Ἀλλὰ ταῦτα φοβερὰ μὲν, πλὴν εἰ μὴ κατ' ἀλληγορίαν λαμβάνοιτο, παντάπασιν ἄθεα, καὶ οὐ σώζοντα τὸ πρέπον. Ὅμηρος γάρ μοι δοκεῖ, παραδιδοὺς τραύματα θεῶν, στάσεις, τιμωρίας, δάκρυα, δεσμὰ, πάθη πάμφυρτα, τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν Ἰλιακῶν ἀνθρώπους, ὅσον ἐπὶ τῇ δυνάμει, θεοὺς πεποιηκέναι, τοὺς θεοὺς δὲ ἀνθρώπους. Ἀλλ' ἡμῖν μὲν δυσδαιμονοῦσιν ἀπόκειται λιμὴν κακῶν, ὁ θάνατος· τῶν θεῶν δ'

οὐ

L. 1. Ἔδδεισεν &c.] Locus est in Iliad. υ. v. 61. quem imitatus est Virgilius in l. 8. Æneid. v. 243.

Non secus, ac si quâ penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat
Pallida, Diis invisa; superque immane barathrum
Cernatur, trepidentque immisso lumine Manes.

Sed hæc apud Virgilium, per similitudinem dicta, minus lectorem commovent, quàm illa apud Homerum, quæ Poëticæ pars sunt historiæ, &, quasi tantùm non ad quodvis temporis punctum futura, narrantur.

L. 6. Ἐπιβλέπεις &c.] Magnifica illa Deorum pugnantium descriptio nec breviùs nec planiùs nec Sublimiùs, quàm est apud Longinum, explicari & quasi ob oculos poni potest: hoc est veri Critici, posse virtutes Scriptorum & acutè videre, & aptè depingere.

L. 11.

Timuit etiam subtus rex inferorum Pluto:
Territusque solio exiliit & exclamavit, nè ei desuper
Terram rescinderet Neptunus quassator-terræ;
Domusque mortalibus & immortalibus apparerent
Visu terribiles, situ sentæ, quasque horrent ipsi Dii.

Videsne, amice, quomodo, disruptâ quidem ex *suis* sedibus terrâ, ipsoque nudato tartaro, & toto mundo subverso dissipatoque, omnia simul, Cœlum, Orcus, mortalia, immortalia cum pugnâ, *quæ* tunc *fuit*, conflictantur & periculum unà subeunt? Sed hæc, *quæ sunt* terribilia quidem, nisi allegoricè accipiantur, omnino sunt impia, nec servantia decorum: Homerus enim mihi videtur, cum *literis* tradit Deorum vulnera, dissidia, ultiones, lacrymas, vincula, eaque omnis generis, quæ patiuntur, mala, Homines, qui rebus Iliacis *interfuerunt*, Deos, quantum potuerit, fecisse; Deos vero Homines. Sed nos quidem, *si* infelices *simus*, manet mors, malorum portus: Deorum verò non naturam *solùm*,

L. 11. Πλὼ εἰ μὴ] Tria hæc verba nihil aliud significant quàm *nisi*, ut in Sect. 11. πλὴν εἰ μὴ ἐν οἰκείοις, & in Sect. 44. πλὴν εἰ μή τι αἰτάνιον. MSti Vat. duo, & Ambr. & Edit. pr. habent πλὼ ἄλλως εἰ μὴ.

L. 12. Πανδάπασιν ἄθεα] Delevi καὶ otiosam particulam ante πανδάπασιν auctoritate MSti Vat. 3. & Editionum Robort. & Manutii: primus eam F. Portus ex errore (ut videtur) typographico edidit.

οὐ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἀτυχίαν ἐποίησεν αἰώνιον. Πολὺ δὲ τῶν περὶ τὴν θεομαχίαν ἀμείνω τὰ, ὅσα ἄχραντόν τι καὶ μέγα τὸ δαιμόνιον, ὡς ἀληθῶς, καὶ ἄκρατον παρίστησιν, οἷα (πολλοῖς δὲ πρὸ ἡμῶν ὁ τόπος ἐξείργασται) τὰ ἐπὶ τοῦ Ποσειδῶνος,

—— Τρέμε δ' οὔρεα μακρὰ, καὶ ὕλη,
Καὶ κορυφαὶ, Τρώων τε πόλις, καὶ νῆες Ἀχαιῶν
Ποσσὶν ὑπ' ἀθανάτοισι Ποσειδάωνος ἰόντος.
Βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματ'· ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτοῦ
Πάντοθεν ἐκ κευθμῶν, οὐδ' ἠγνοίησεν ἄνακτα.
Γηθοσύνη δὲ θάλασσα διΐστατο· τοὶ δὲ πέτοντο——

Ταύτῃ καὶ ὁ τῶν Ἰουδαίων θεσμοθέτης, οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ, ἐπειδὴ τὴν τοῦ θείου δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐχώρησε, κἀξέφηνεν· εὐθὺς ἐν τῇ εἰσβολῇ γράψας τῶν νόμων, "Εἶπεν ὁ θεὸς," φησί· τί; "γενέσθω "φῶς, καὶ ἐγένετο· γενέσθω γῆ, καὶ ἐγένετο." Οὐκ

ὀχληρὸς

L. 4. Ἄκρατον] Petra conjecit legendum esse ἀκήρατον *immortale*, quæ lectio bene respondet ei, quod paulò infra in loco Homeri citato legitur, ἀθανάτοισι: habet etiam MS. El. in margine ἀκήρατον.

L. 6. Τρέμε] Consule Homeri Iliad. ν. v. 18, 19, 27 &c.

L. 7. Καὶ κορυφαὶ] Hunc versum addidi, secutus MStos Vat. 2. & 3. & Ambr. & El. & Editiones Robort. & Manutii: interque tertium & quartum versum delevi καὶ eâdem ferè auctoritate fretus; quam particulam Tollius primus in textum induxit. Quamvis ille versus καὶ κορυφαὶ non in illo Homeri loco (sc. Iliad. ν. v. 18. &c.) appareat, & quamvis versus βῆ δ' ἐλάαν separati sint apud Homerum à prioribus tribus versibus, tamen tutius esse reor Longinum ad fidem optimorum MStorum & Editionum ob oculos lectoris ponere: fortasse memoriter hæc citavit; certè id quod scripserit Longinus, non quod scribere debuisset, Editoris est exhibere.

L. 13.

solùm, ſed infortunium fecit æternum. Multùm autem meliora iis, quæ de pugnis Deorum *ab illo dicuntur*, ſunt illa, quæcunque repræſentant Numen, ut revera *eſt*, intaminatum, & magnum, & purum; qualia *ſunt* (à multis autem ante nos hic locus tractatus eſt) illa, quæ de Neptuno *dicuntur*,

——Tremebant autem montes ſpatioſi, & ſylva,
Et vertices, & Trojanorum urbs, & naves Achivorum
Sub pedibus immortalibus Neptuni incedentis:
Tendebatque ire per undas: exultabant autem balænæ ſub ipſo
Undique è latebris, neque ignorabant Regem:
Cum *lætitiâ etiam mare ſe dividebat; hi verò volabant* &c.

Ad hunc modum etiam ille Judæorum legiſlator, vir minimè vulgaris, poſtquam potentiam Numinis, pro dignitate ejus mente concepit, etiam declaravit; ſtatim in principio legum *ſuarum* ſcribens, "Dixit Deus," inquit: quid? "ſit lux, & fuit; ſit terra, & fuit." Non moleſtus

L. 13. Κατὰ τὴν ἀξίαν ἐχώρησε] Ita MSti duo Vaticani, Ambr. & Editio Robert. nec aliter ferè MS. El. qui habet ἐχώρισε: illa vulgata vox (quæ Manutii eſt) ἐγνώρισε minus valet, quia ἐγνώρισε & ἐξέφηνε ferè ſynonyma ſunt.

L. 15. Γενέσθω φῶς, καὶ ἐγένετο &c.] Clariſſimi viri Huetius & Clericus cenſent Sublimitatem hîc eſſe in rei naturâ, non aut in verbis aut in ſenſu à Moſe concepto: uſitatum eſt enim (aiunt) Hebræis ita loqui: Sed his ſe opponunt Boi-

ὀχληρὸς ἂν ἴσως, ἑταῖρε, δόξαιμι, ἐν ἔτι τοῦ Ποιητοῦ, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων παραθέμενος, τοῦ μαθεῖν χάριν, ὡς εἰς τὰ ἡρωϊκὰ μεγέθη συνεμβαίνειν ἐθίζει. Ἀχλὺς ἄφνω, καὶ νὺξ ἄπορος αὐτῷ τῶν Ἑλλήνων ἐπέχει μάχην· ἔνθα δὴ ὁ Αἴας ἀμηχανῶν,

Ζεῦ πάτερ, (φησὶν) ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος
υἷας Ἀχαιῶν,
Ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι·
Ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον.

Ἔστιν ὡς ἀληθῶς τὸ πάθος Αἴαντος· οὐ γὰρ ζῆν εὔχεται, (ἦν γὰρ τὸ αἴτημα τοῦ ἥρωος ταπεινότερον)· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν ἀπράκτῳ σκότει τὴν ἀνδρείαν εἰς οὐδὲν γενναῖον εἶχε διαθέσθαι, διὰ ταῦτ' ἀγανακτῶν, ὅτι πρὸς τὴν μάχην ἀργεῖ, φῶς ὅτι τάχιστα αἰτεῖται, ὡς

lavius & alii; horum omnium dissertationes vide ad finem operum Boilavii Edit. Amst. Videtur Longinus hæc Mosis verba mutuari à Cecilio, qui à Suidâ vocatur τὴν δόξαν Ἰουδαῖος, σοφὸς τὰ Ἑλληνικά.

L. 2. Καὶ τῶν ἀνθρωπίνων] Potius cum Tollio legendum est κατὰ τῶν ἀνθρωπίνων *de rebus humanis*; sic enim κατὰ cum Genitivo significat, ut Stephani Thesaurum consulentibus patebit.

L. 4. Νὺξ ἄπορος αὐτῷ] Ita se habent MSti duo Vat. Ambr. & El. in margine; item Editio Robort. & Fr. Portus eam vocem protulit ex suo MSto: idem significat ἄπορος νὺξ, quod paulò infrà ἄπρακτον σκότος; vulgata vox ἄπειρος non concinnè satis ad noctem referri videtur: Notandum est hîc αὐτῷ idem significare ac παρ' αὐτῷ *apud ipsum*, sc. Homerum, sic enim noster loqui solet. Sect. 15. ἐπὶ τῆς Κασσάνδρας αὐτῷ.

L. 6. Ζεῦ πάτερ &c.] Exstat in Iliad. ρ. v. 645. Sed hujus loci Sublimitatem intellexisse nec Petra, nec Tollius videtur; quorum alter hos versus velut ejusmodi πάθος nobile continentes ex Ovid. Trist. l. 1. El. 2. citavit

Nec

molestus fortasse videar, amice, si unum amplius *locum* Poetæ *sc. Homeri* de iis, quæ ad homines pertinent, proponam, ut discas quomodo assuefaciat *nos* secum unà ingredi in Sublimia heroïca. Caligo repente & nox ignava apud illum inhibet pugnam Græcorum: hîc Ajax incertus consilii,

At tu, Jupiter, (inquit), *libera à caligine filios Achivorum:*
Et fac serenitatem, daque oculis videre;
In luce verò vel perde.

Est reverà affectus Ajacis; non enim optat vivere, (hæc enim petitio esset abjectior quàm decet heroa): sed, cum in tenebris ignavis non potuit *suâ* fortitudine ad generosum ullum facinus uti, propterea indignans se ad pugnam inutilem esse, lucem quàm primum *oriri* precatur, tanquam omnino *in eâ* inventurus funus dignum

Nec letum timeo, genus est miserabile leti;
Demite naufragium, mors mihi munus erit.

Alter verò protulit id, quod dicit Tellus apud Ovid. Metam. l. 2.

—— Liceat peritura viribus ignis
Igne perire tuo, cladenque auctore levare.

Harum enim Ajacis vocum Sublimitas non ex eo oritur, quòd genus lethi, nempe tenebrosum, metueret, nec quod Jovis manu perire mallet: sed quòd, cum in iis tenebris, quæ tunc exercitum Græcorum circumdederint, non posset strenuum se fortemque præstare (caligo enim illa repentina obstitit suæ victoriæ), optaret lucem iterum nasci, contentus vel perire (si sic Jovi placuit), modo fortiter pugnans, sequo de hostibus suis ultus, perierit.

ὡς πάντως τῆς ἀρετῆς εὑρήσων ἐντάφιον ἄξιον, κἂν αὐτῷ Ζεὺς ἀντιτάττηται. Ἀλλὰ γὰρ Ὅμηρος μὲν ἐνθάδε οὖρος συνεμπνεῖ τοῖς ἀγῶσιν, καὶ οὐκ ἄλλό τι αὐτὸς πέπονθεν, ἢ

Μαίνεται, ὡς ὅτ' Ἄρης ἐγχέσπαλος, ἢ ὀλοὸν πῦρ
Οὔρεσι μαίνηται βαθέης ἐνὶ τάρφεσιν ὕλης·
Ἀφλοισμὸς δὲ περὶ στόμα γίνεται.

Δείκνυσι δ' ὅμως διὰ τῆς Ὀδυσσείας (καὶ γὰρ ταῦτα πολλῶν ἕνεκα προσεπιθεωρητέον), ὅτι μεγάλης φύσεως ὑποφερομένης ἤδη ἴδιόν ἐστιν ἐν γήρᾳ τὸ φιλόμυθον. Δῆλος γὰρ ἐκ πολλῶν τε ἄλλων συντεθεικὼς ταύτην δευτέραν τὴν ὑπόθεσιν, ἀτὰρ δὴ κἀκ τοῦ λείψανα τῶν Ἰλιακῶν παθημάτων διὰ τῆς Ὀδυσσείας, ὡς ἐπεισόδιά τινα τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου, προσεπεισφέρειν· καὶ νὴ Δί' ἐκ τοῦ τὰς ὀλοφύρσεις καὶ τοὺς οἴκτους, ὡς πάλαι που προεγνωσμένους τοῖς ἥρωσιν, ἐνταῦθα προσαποδιδόναι· οὐ γὰρ ἄλλ' ἢ τῆς Ἰλιάδος ἐπίλογός ἐστιν ἡ Ὀδύσσεια·

Ἔνθα μὲν Αἴας κεῖται ἀρήϊος, ἔνθα δ' Ἀχιλλεὺς,
Ἔνθα δὲ Πάτροκλος, θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος·
Ἔνθα δ' ἐμὸς φίλος υἱός.

Ἀπὸ

L. 3. Καὶ οὐκ ἄλλό τι &c.] Sensus est: Ipse etiam secundum ventum sibi aspirantem habet: non solùm pugnantium certamina, sed Poëtæ etiam animus quasi æstuat & turbatur.

L. 5. Μαίνεται, ὡς ὅτ' Ἄρης &c.] Hi versus occurrunt in Iliad. ο. v. 605. sed, pro Imperfecto tempore μαίνετο & γίνετο, Longinus hic utitur præsenti μαίνεται & γίνεται, ut verba Homeri melius ad suam rem accommodet.

L. 17. Οὐ γὰρ ἄλλ' ἢ] Ita MS. Par. & Editio Robort. pro vulgatâ ἄλλο ἢ: ἄλλο verò æquè

dignum virtute *suâ*, etiam si Jupiter se illi opponat. Sed enim Homerus hîc, *velut* ventus secundus, unà adspirat certaminibus, & non aliud ipse passus est *quàm heroës*, vel (*ut ejus verbis utar*)

Furit, ut cum Mars hastam vibrans, aut ignis perniciosus
In montibus furit, profundæ in densis recessibus Sylvæ:
Spuma autem est circum os ejus.

Ostendit tamen in Odysseâ (etenim hæc, *quæ sequuntur*, pluribus de causis sunt observanda), magni ingenii, cum jam declinet, proprium esse in senectute amorem fabularum. Illum enim composuisse hoc argumentum secundo in loco constat ex multis aliis *rebus*, sed & ex eo quòd reliquias Iliacorum laborum in Odysseâ, tanquam Trojani belli partes adventitias, adduxerit; & meherculè ex eo quòd lamentationes & dolores, ut quos olim anteà cognôssent heroës, illic enarraverit: Odyssea enim nihil aliud est quàm epilogus Iliadis:

Illic quidem Ajax jacet martius, illic etiam Achilles,
Illic verò Patroclus, diis similis consiliarius:
Illic etiam meus carus filius. Ex

æquè ac ἀλλὰ vocalem ultimam ante sequentem vocalem amittere solet.

L. 19. Ἔνθα μὲν &c.] Verba sunt Nestoris in Odyss. γ. v. 109.

Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας, οἶμαι, τῆς μὲν Ἰλιάδος, γεγραμμένης ἐν ἀκμῇ πνεύματος, ὅλον τὸ σωμάτιον δραματικὸν ὑπεστήσατο καὶ ἐναγώνιον· τῆς δὲ Ὀδυσσείας τὸ πλέον διηγηματικόν, ὅπερ ἴδιον γήρως. Ὅθεν ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ παρεικάσαι τις ἂν καταδυομένῳ τὸν Ὅμηρον ἡλίῳ, οὗ δίχα τῆς σφοδρότητος παραμένει τὸ μέγεθος. οὐ γὰρ ἔτι τοῖς Ἰλιακοῖς ἐκείνοις ποιήμασιν ἴσον ἐνταῦθα σώζει τὸν τόνον, οὐδ' ἐξωμαλισμένα τὰ ὕψη καὶ ἱζήματα μηδαμοῦ λαμβάνοντα, οὐδὲ τὴν πρόχυσιν ὁμοίαν τῶν ἐπαλλήλων παθῶν, οὐδὲ τὸ ἀγχίστροφον καὶ πολιτικόν, ταῖς ἐκ τῆς ἀληθείας φαντασίαις καταπεπυκνωμένον· ἀλλ', οἷον ὑποχωροῦντος εἰς ἑαυτὸν ὠκεανοῦ καὶ περὶ τὰ ἴδια μέτρα ἐρημουμένου, τὸ λοιπὸν φαίνονται τοῦ μεγέθους ἀμπώτιδες

καὶ

L. 2. Σωμάτιον] Singuli Iliados & Odysseæ libri ποιήματα paulo infrà vocantur: σωμάτιον igitur significat sive volumen, sive corpusculum (ut id vocat Marius Victorinus) omnes vel Iliadis, vel Odysseæ libros in se continens: inde illud Poëtæ.

——*Sacri lacerum collegit corpus Homeri.*

L. 5. Ὅθεν ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ &c.] Nihil hoc aut similius aut Sublimius dici potest. Homeri Odysseam (senectutis & vergentis ætatis opus, in omnibusque, si excipias vim & impetum, Iliadi parem) cum occidente Sole, cujus eadem manet magnitudo, etiam quum vehemens fervor se remiserit, comparandam putat. En Longinum tam suarum, quàm alienarum dicendi virtutum commonstratorem! Optimis auctoribus par, optimos laudat: nec solum antecessores suos ad veras scribendi leges revocat, sed posteris etiam legem se scribendi, atque exemplar tam ingenii quàm judicii exhibet.

L. 11. Ταῖς ἐκ τῆς ἀληθείας &c.] Ita Editio pr. & omnes MSti: sed Manutius illud ἐκ omisit.

L. 12. Ἀλλ', οἷον ὑποχωροῦντος &c.] Sensus, qui multum (ne dicam frustra) vexavit Interpretes,

Ex eâdem causâ, opinor, totum corpusculum Iliadis, quæ scripta fuit in vigore *ejus* spiritûs, actione & certaminibus plenum fecit: Odysseæ autem *corpusculum* maximâ ex parte narratione plenum, quod proprium est senectutis. Unde in Odysseâ comparare potest aliquis Homerum soli occidenti, cujus sine vehementiâ *ardoris* permanet magnitudo: neque enim amplius hîc conservat intentionem *animi* parem poëmatibus illis Iliacis, neque Sublimitates ubique (*ut ibi*) æquales & nusquam *quasi* subsidendo se remittentes, neque idem illud sibi semper supervenientium affectuum flumen, neque versatile *illud dicendi genus* & concertatorium, Visionibus à veritate *ductis* cumulatè repletum: sed, velut oceani recedentis in se & à suis finibus relicti, *ita Homeri in Odysseâ* deinceps apparent Sublimitatis recessus etiam in illis fabulosis & incredibilibus

terpretes, hîc est, ni fallor: Quemadmodum cum Oceanus in se refluit, æstusque ejus subsidit, ea litoris pars, quæ ab aquâ relinquitur & quasi Oceani defectus est, ostendit tamen quantus sit, quámque immensis pæne limitibus continetur: eodem modo in Odysseâ, etiam cum Homerus vim suam remittit & ad fabulosos incredibilesque Ulyssis errores labitur, apparent tamen magnitudinis quædam vestigia, quæ recessum non aliûs, quàm Sublimis alicujus ingenii, indicant.

L. 13. *Περὶ τὰ ἴδια μέτρα*] Ita Editio Robort. & MSti duo Vat. El. Ambr. Ven. necnon Par. dicat licet falsò Tollius in hoc posteriore legi *περὶ τ' ἀΐδνὰ τέλματα*: quippe erravit ille (ut passim solet) in hoc MSto citando: *τὸ μέτρον* hîc significat *finis, limes, terminus*, cujusmodi est Oceano litus. Vulgatum *τέρματ'* à Manutio profectum est.

κἂν τοῖς μυθώδεσι καὶ ἀπίστοις πλάνοις. Λέγων δὲ ταῦτ᾽ οὐκ ἐπιλέλησμαι τῶν ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ χειμώνων, καὶ τῶν περὶ τὸν Κύκλωπα, καί τινων ἄλλων· ἀλλὰ γῆρας διηγοῦμαι, γῆρας δ᾽ ὅμως Ὁμήρου. Πλὴν ἐν ἅπασι τούτοις ἑξῆς τοῦ πρακτικοῦ κρατεῖ τὸ μυθικόν. Παρεξέβην δ᾽ εἰς ταῦθ᾽, ὡς ἔφην, ἵνα δείξαιμι, ὡς εἰς λῆρον ἐνίοτε ῥᾷστον κατὰ τὴν ἀπακμὴν τὰ μεγαλοφυῆ παρατρέπεται· οἷα τὰ περὶ τὸν ἀσκὸν, καὶ τοὺς ἐκ Κίρκης συοφορβουμένους (οὓς ὁ Ζώϊλος ἔφη χοιρίδια κλαίοντα), καὶ τὸν ὑπὸ τῶν πελειάδων ὡς νεοσσὸν παρατρεφόμενον Δία, καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ ναυαγίου δέχ᾽ ἡμέρας ἄσιτον, τά τε περὶ τὴν μνηστηροφονίαν ἀπίθανα· τί γὰρ ἂν ἄλλο φήσαιμεν ταῦτα, ἢ τῷ ὄντι τοῦ Διὸς ἐνύπνια; Δευτέρου δὲ ἕνεκα προσιστορείσθω τὰ

κατὰ

L. 1. Καὶ ἀπίστοις πλάνοις] Vulgò πλάνος, sed proculdubio legendum est πλάνοις, cui fidem facit sensus loci, quem versio Latina exhibet.

L. 2. Τῶν ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ χειμώνων &c.] Vide Odyss. ε. v. 313 &c. & μ. v. 405 &c. ubi tempestates optimè describuntur: miror equidem, quòd Cl. Dacierus hæc ita verterit, ut Longinum has tempestatum descriptiones culpantem faceret: cum in sequenti Sectione Longini hæc sunt verba, Ἐπὶ τῶν χειμώνων ὁ Ποιητὴς (sc. Homerus) ἐκλαμβάνει τῶν παρακολουθούντων τὰ χαλεπώτατα.

L. 7. Κατὰ τὴν ἀπακμὴν] Manutium sequor, qui legit ἀπακμὴν, quòd ea vox significat *remissio vigoris*, ut videre est paulò infrà, cum dicitur ἡ ἀπακμὴ τοῦ πάθους —— Interim MSti Par. & Vat. 3. & El. itemque Editio Robortelli habent ἀκμήν.

L. 8. Τὰ περὶ τὸν ἀσκὸν] Vide Odyss. κ. v. 19.

L. 9. Ἐκ Κίρκης] Ita Manutius, Edit. pr. & MSti Par. aliique, opinor, omnes: sed ἐκ in ἐν mutavit Faber (quem Tollius secutus est), ut sit *in domo Circes*: sed notandum est ἐκ idem aliquando significare ac ὑπό. monente Stephano in suo Gr. Thesauro, qui hæc exempla profert ex Herodoto ἐκ φύσιος δοθείς, & ἐκ Πρηξάσπεος προδεδόσθαι. Respicit hîc Longinus ad Odyss. κ. v. 239.

L. 9.

dibilibus divagationibus. Cum vero hæc dico, non oblitus ſum earum, *quæ* in Odyſſeâ *deſcribuntur*, tempeſtatum, & eorum quæ ad Cyclopem attinent, & aliorum quorundam: ſed *hæc* appello ſenectutem, ſenectutem tamen Homeri. Imò in omnibus his & ſingulis plus eſt fabulæ, quàm actionis. Digreſſus ſum verò ad hæc, ut dixi, oſtendendi causâ quàm facillimè Sublimia ingenia, cum vigor *eorum* ſe remiſerit, ad nugas nonnunquam deflectuntur; cujuſmodi ſunt ea, quæ *finguntur* de utre; & de iis, qui porcorum more à Circe paſti erant, (quos Zoïlus vocavit porcellos flentes); & de Jove, pulli inſtar, à columbis nutrito; & de illo, qui in naufragio inediam decem dierum ſuſtinuit; & ea, quæ de procorum cæde *finguntur*, incredibilia: quid enim aliud poſſimus hæc dicere, quàm reverà Jovis ſomnia? Secundam autem ob cauſam memo-

Ibid. Ζωΐλος] Maximè infame nomen Auctoris cujuſdam è Thraciâ oriundi, qui contra Homeri & Iliadem & Odyſſeam librum edidit, eumque inſcripſit ψόγον Ὁμήρου: quod ſui temporis homines ægrè ferentes morte eum punierunt, & quaſi victimam læſo Homeri Genio mactârunt: nimium ille auſus eſt, nimium certè illi effecerunt.

L. 10. Τὸν ὑπὸ τῶν πελειάδων] Odyſſ. μ. v. 62.

L. 12. Ἄσιτον] Poſt hanc vocem Tollius addidit ex ingenio Ὀδυσσεία, (qui proculdubio hìc ſubintelligendus eſt), contrà omnium librorum tam ſcriptorum quàm impreſſorum fidem: hoc, opinor, ſcribere eſt, non edere. Conſule Odyſſ. μ. v. 447.

Ibid. Περὶ τῆς μνηστηροφονίας] Odyſſ. χ. v. 79 &c.

L. 14. Τοῦ Διὸς ἐνύπνια] Senſus eſt: Illa quidem ſuprà memorata ſunt ſomnia, ſed Jovis ſomnia, i. e. in ſuo genere præſtantiſſima.

L. 3.

κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν, ὅπως ᾖ σοι γνώριμον, ὡς ἡ ἀπακμὴ τοῦ πάθους ἐν τοῖς μεγάλοις συγγραφεῦσι καὶ ποιηταῖς εἰς ἦθος ἐκλύεται· τοιαῦτα γάρ που, τὰ περὶ τὴν τοῦ Ὀδυσσέως ἠθικῶς αὐτῷ βιολογούμενα οἰκίαν, οἱονεὶ κωμῳδία τίς ἐστιν ἠθολογουμένη.

Sect. X. Φέρε νῦν, εἴ τι καὶ ἕτερον ἔχοιμεν ὑψηλοὺς ποιεῖν τοὺς λόγους δυνάμενον, ἐπισκεψώμεθα. Οὐκοῦν, ἐπειδὴ πᾶσι τοῖς πράγμασι φύσει συνεδρεύει τινὰ μόρια ταῖς ὕλαις συνυπάρχοντα, ἐξ ἀνάγκης γένοιτ' ἂν ἡμῖν ὕψους αἴτιον, τὸ τῶν ἐκφερομένων ἐκλέγειν ἀεὶ τὰ καιριώτατα, καὶ ταῦτα τῇ πρὸς ἄλληλα ἐπισυνθέσει καθάπερ ἕν τι σῶμα ποιεῖν δύνασθαι· ὃ μὲν γὰρ τῇ ἐκλογῇ τὸν ἀκροατὴν τῶν λημμάτων, ὃ δὲ τῇ πυκνώσει τῶν ἐκλελεγμένων προσάγεται. Οἷον ἡ Σαπφὼ

L. 3. Περὶ τὴν τοῦ Ὀδυσσέως —— οἰκίαν] Vide Odyss. α. & γ. & δ. ubi Procorum mores, & vivendi in Ulyssis ædibus methodus benè describuntur.

L. 6. Ἔχοιμεν] Ita Robort. & MSti Par. & Ambr. pro quo Manutius habet ἔχομεν.

L. 10. Ἐκφερομένων] Ita omnes MSti & Editiones; pro quo Tollius legit ἐμφερομένων *quæ illic continentur*: ut in Sect. 12. ἀπὸ πάντων τῶν ἐμφερομένων τοῖς πράγμασι &c.

L. 12. Ὃ μὲν γὰρ τῇ ἐκλογῇ τὸν ἀκροατὴν τῶν λημμάτων, ὃ δὲ &c.] Sic edendum curavi secutus auctoritatem MStorum. Primò editio Robort. & MSti Vat. duo, & Par. El. & Ambr. habent ὃ μὲν —— ὃ δὲ, non (ut Manutius legit) τὸ μὲν —— τὸ δὲ; voces verò ὃ μὲν —— ὃ δὲ significant, *partim, partim*, ut videntur in N. T. Matth. 13. 8. & 23. ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα. Porro pro vulgatâ lectione τῶν λημμάτων τὸν ἀκροατὴν (quæ ex Manutio profecta videtur) in omnibus MStis, itemque in Editione Robort. verba leguntur hoc ordine τῇ ἐκλογῇ τὸν ἀκροατὴν τῶν λημμάτων, ubi si sana vox esset ἀκροατὴν, locum sibi non aptum occupasset; Faber conjecit

memorentur hæc de Odyſſeâ; *nempe*, ut tibi notum ſit, quomodo remiſſio vigoris Affectuum in magnis proſæ ſcriptoribus & poëtis in moratum dicendi genus diſſolvatur: talia enim, quæ de Ulyſſis domo moratè ab illo vitam *procorum* deſcribentia narrantur, ſunt inſtar comœdiæ cujuſdam mores hominum exprimentis.

Præcipuarum circumſtantiarum delectum & conjunctionem Sublimitatem efficere.

Agedum nunc, videamus ſi quid aliud habeamus, quod poſſit ſcripta efficere Sublimia. Nam, cum in omnibus rebus naturaliter inſident quædam particulæ cum ipſâ materiâ unà natæ, neceſſariò *hoc* nobis eſſet Sublimitatis cauſa, ſi poſſemus ſemper eligere præcipua ex iis, quæ inde exoriuntur, & hæc conjunctione inter ſe factâ quaſi unum quoddam corpus efficere: partim enim *Sublimitas* efficitur delectu circumſtantiarum ſummarum, partim autem conſtipatione electarum. Qualiter Sappho eas, quæ acci-

cit legendum eſſe *τῶν ἄκρων λημμάτων*, ſed Tollii conjectura magis placet, qui legit *τῶν ἀκροτάτων λημμάτων*, ad lectionem codicum accommodatiùs: Certè Emendatione hîc opus eſt, quia hæc Longini oratio non de quovis *lemmate*, ſed de optimis & maximè ſublimibus inſtituitur; ſic paulò infrà de Sappho loquitur, *τὰ ἄκρα αὐτῶν καὶ ὑπερτεταμένα δεινὴ καὶ ἐκλέξαι καὶ εἰς ἄλληλα συνδῆσαι*: ſic etiam in Sect. 11. Longinus dicit *περιγραφή τις ἦν ἐκεῖνο τῶν ἄκρων λημμάτων, καὶ εἰς ἑνότητα σύνταξις*: & in fine hujus Sect. *ἡ λῆψις, ὡς ἔφην, τῶν ἄκρων, καὶ ἡ εἰς ταὐτὸ συναίρεσις ἀπειργάσατο τὴν ἐξοχήν.*

Σαπφὼ τὰ συμβαίνοντα ταῖς ἐρωτικαῖς μανίαις παθήματα ἐκ τῶν παρεπομένων, καὶ ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτῆς ἑκάστοτε λαμβάνει. Ποῦ δὲ τὴν ἀρετὴν ἀποδείκνυται; ὅτε τὰ ἄκρα αὐτῶν καὶ ὑπερτεταμένα δεινὴ καὶ ἐκλέξαι καὶ εἰς ἄλληλα συνδῆσαι·

Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν

Ἔμμεν

L. 1. Σαπφὼ] Sappho fuit Poëtria Lesbia, Sapphicique (quale est sequens Ode) carminis inventrix: cujus tamen nullum ferè poëma extat, si excipias hanc Oden, unamque aliam, quæ apud Dion. Halicarn. περὶ συνθέσεως &c. legitur. Titulus hujus Odes apud Ursinum in fragmentis Sapphûs est, πρὸς γυναῖκα ἐρωμένην: & rectè quidem; Plutarchus enim (ut prætercam testimonia Tatiani, Max. Tyrii, Suidæ, & Philostrati in vitâ Apollonii Tyan. quæ edidit Ursinus) in Ἐρωτικῷ habet hæc verba, Ἡ καλὴ Σαπφὼ λέγει, τῆς ἐρωμένης ἐπιφανείσης τήν τε φωνὴν ἴσχεσθαι &c. Adde quòd Strabo & Athenæus nos docent nomen huic mulieri fuisse *Doricam*, eamque à *Charaxo* Sapphûs fratre amatam fuisse. Puta igitur, Lector, hanc Doricam, amicam infamem Sapphûs, familiariter Charaxum sermone hospitioque excepisse, imò in amatoris loco habuisse. Intervenit derepente Sappho, vidit, vehementer commota est; & in hâc Ode conatur ea omnia, quæ tunc animo furens passa est, exprimere. Hoc est, ut opinor, Odes argumentum: Ille igitur, cui hæc nota sunt, parùm probabit Boilavii, qui hanc Oden sermone Gallico donavit, sequentes versus:

------*dans les doux transports,*
où s'egare mon ame.

Et,

-------*je tombe en des douces*
langueurs.

vox enim *doux* longè aliter sonat, quàm furentis animi Sapphûs æstus requirit.

Apud Catullum extat hujus Odes (non Versio, ut vulgò putant, sed) Imitatio: multa enim mutavit, ut ea ipsi suæque Lesbiæ convenirent, nec eam totam in animo habuit Latinè exprimere: unde eos censeo Criticos errâsse, qui vellent hanc Oden ad Catullianæ Imitationis fidem emendare.

Nec solum Catullus eam imitatus est, sed & Lucretius; quorum prior sic ad Lesbiam suam scribit.

Ille

accidunt furoribus amatoriis, perpessiones ex circumstantiis, & ex ipsâ veritate undique ducit: Ubi autem hanc excellentiam ostendit? *nempe* quando egregia est in eligendis præcipuis earum *circumstantiarum* altissimisque, & in iis inter se connectendis:

Videtur mihi ille æqualis Diis

Esse

Ille mî par esse Deo videtur,
Ille, si fas est, superare Divos,
Qui sedens adversus identidem Te
Spectat & audit

Dulce ridentem; misero quod omnes
Eripit sensus mihi: nam simul Te,
Lesbia, aspexi, nihil est super mî
* * * *.
Lingua sed torpet, tenuis sub artus
Flamma dimanat; sonitu suopte
Tinniunt aures, gemina & teguntur
Lumina nocte.

Posterior verò in l. 3. v. 153. huc respiciens dicit,

Verùm ubi vehementi magis est commota metu mens,
Consentire animam totam per membra videmus:
Sudores itaque & pallorem existere toto
Corpore, & infringi linguam, vocemque aboriri,
Caligare oculos, sonere aures, succidere artus:
Denique concidere ex animi terrore videmus
Sæpe homines -----.

L. 3. Ποῦ δὲ τὴν ἀρετὴν] Ita omnes Editiones & MSti: sed Faber legendum conjecit ποῦ δὲ ταύτην τὴν ἀρετὴν &c. quod nollem factum: Longinus enim voce ὁ pro αὐτὸς vel οὗτος per omnes illius articuli casus utitur: sic in Sect. 4. occurrit καὶ τὸ (i. e. τοῦτο,) τὴν ἀνεψιὰν &c. Sect. 7. ἂν τὸ (i. e. αὐτὸ) συνεχὲς ἐπισκοπῇς. Sect. 16. ὀλίγα τῶν, i. e. τούτων. Sect. 28. τῇ (i. e. ταύτῃ) τὴν ἐκ τῆς περιφράσεως περιχεόμενος εὐμέλειαν. Et Sect. 43. τοὺς τούτων (aliàs τῶν) ὅτι πορρωτάτω &c. Sæpius etiam alibi hoc loquendi genus occurrit, præsertim in sacris N. Test. libris.

L. 6. Φαίνεταί μοι κῆνος] Post tot viros doctissimos hanc Oden velle emendare, vereor ne mihi non concedatur: sed vetustissimi MSti Par. aliorumque MStorum vestigia secutus multa hîc emendanda censeo: nam pro vulgato κεῖνος MSti Par.

Ἔμμεν' ὤνηρ, ὅστις ἐναντίος τοι
Ἰζάνει, καὶ πλασίον ἁδὺ φωνεύ-
σας ὑπακούει.
Καὶ γελαῖς ἱμερόεν· τό μοι τὰν
Καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν·
Ὡς γὰρ εἴδω σε, βρόχεως με φωνᾶς
Οὐδὲν ἔτ' εἴκει,
Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσα ἔαγε· λεπτὸν δ'

Αὐτίκα

Par. & Ambr. habent κῆνος, quam lectionem etiam Vossius protulit ex Apollonio Alexandrino in Grammaticâ; notavit item Joh. Grammaticus in suo de Dialectis tractatu κῆνος Æol. dici pro ἐκεῖνος: fortasse tamen legendum est τῆνος pro ἐκεῖνος, quæ vox Æolicè scribentibus usitatior est.

L. 1. Ἔμμεν' ὤνηρ, ὅστις] Manutius edidit ἔμμεν' ἢ μὴν: sed cum Editio pr. habet Ἐμπρέπων ἥρως, ὃς &c. cum MSti Vat. duo habent Ἐμμένον ἥρως τις, cumque MSti Par. & Ambr. & El. habent Ἐμμένων ἥρως τις, legendum omnino censeo cum Cl. Vossio Ἔμμεν' ὤνηρ, ὅστις &c. vox ὤνηρ Æol. dicitur pro ὁ ἀνὴρ, ut Corinthus in tractatu suo de Dialectis notavit ὦλλος legi pro ὁ ἄλλος: & in Theocrito Ὤδωνις legitur pro ὁ Ἄδωνις: & Herodot. l. 1. c. 162. dicit οὗτος ὠνήρ.

L. 2. Ἁδὺ φωνεύσας] Ita Editio prima & MSti Vat. duo, & φωνεύσας Æolicè dicitur pro φωνήσας. Manutiana lectio ἁδυφώνου σοῦ non placet, quia nimis à MStorum vestigiis recedit. Interim MSti Par. & Ambr. habent αδυφων σαις, quod Boivinus vertere jubet in ἁδὺ φωνᾶσαι σ': sed vocem φωνεύσας à Sapphûs manu profectam fuisse censeo.

L. 4. Καὶ γελαῖς] Manutius edidit γέλωσας, nullum, opinor, MStum secutus: MSti enim Par. & Vat. duo habent γελαις: unde legendum esse censeo γελαῖς quod solent Æoles dicere pro γελᾷς: Dicit enim Corinthus in tract. de Dialectis, Οἱ Αἰολεῖς τὸ ἀνεκφώνητον ἐκφωνεῖν εἰώθασιν ἐπὶ δευτέρου καὶ τρίτου προσώπου· οἷον βοᾷς βοαῖς, γελᾷ γελαῖ. Nec huic meæ conjecturæ obest, quòd syllaba ις brevis est; in illo enim Sapphûs Odario, quod citat Dion. Halic. περὶ συνθέσεως &c. brevis syllaba in hoc loco versûs sæpius occurrit, e. g.

Ποικι-

Esse vir, qui oppositus tibi
Sedet, & prope te dulce loquen-
tem audit.
Et rides amabiliter : quæ res mihi
Cor in pectoribus tremere fecit :
Cum enim videam te, repentè ad me vocis
Nihil amplius venit ;
Sed lingua quidem fracta est : subtilisque
Statim

Ποικιλόφρον ἀθάνατ' Ἀφρο-
δίτη,
Παῖ Διὸς, δολοπλόκε, λίσ-
σομαί σε,
Μὴ μ' ἄσαισι μηδ' ἀνίαισι
δάμνα
Πότνια θῦμον.

Vossio placuit γελάϊς pro γελᾶν.

Ibid. Τό μοι τὰν] MSti Par. & Vat. duo habent τὸ μὴ ἐμὰν, quod Tollius contrahit in μὴ μὰν : Interim MS. Ambros. legit τό μοι ἐμὰν, & Edit. Robort. habet μοι, quamvis illic desit ἐμὰν, unde non displicet illa Cl. Boivini lectio τό μοι 'μὰν.

L. 6. Ὡς γὰρ εἴδω σε] MS. Ambr. habet ὡς γὰρ σ' εἴδω, MSti El. Vat. duo, & Par. σ' ἴδω, Editio verò prima ἴδω σε ; unde Vossius Tolliusque legendum esse censent ὡς γὰρ εἴδω σε. Manutius ex conjecturâ, opinor, edidit ὡς ἴδον σ'.

Ibid. Βροχέως με φωνᾶς Οὐδὲν ἔτ' ἥκει] Ita Edit. prima, & MSti Par. Vat. duo, Ambr. & El. nisi quòd hic posterior habet ἥκει non εἴκει : malè, aspiratæ enim voces Æolibus non placuêre : vox βροχέως Æolicè dicitur pro βραχέως ; eodemque modo dicitur θροσέως pro θρασέως, notante Joh. Grammatico : Videtur etiam βροχέως idem significare quod ἐν βραχεῖ *repente* : nec quenquam moveat, quòd dicitur εἴκει με pro εἴκει εἰς ἐμὲ ; simile est enim istud Sophoclis ἦλθες τάφον pro ἦλθες εἰς τάφον. Tollius verò legit βρόχε' ὥς με &c. ut βρόχε' sit pro βρόχεο vel βρόχου, quod & Æol. pro βρόγχου *è gutture*, utque ὥς με idem valeat quod εἰς ἐμέ. Manutius edidit

Ὡς ἴδον σ', ὡς βρόγχον ἐμοὶ
γὰρ αὐδᾶς &c.

L. 8. Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσα ἔαγε, λεπτὸν δ'] Manutius edidit ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἐάγ', ἐν δ' ἢ λεπτὸν ; sed cum MS. Par. habet ἀλλὰ κᾶν μὲν γλῶσσα ἔαγε, λεπτὸν δ', & MSti Vat. duo ἀλλὰ κᾶν μὲν γλῶσσαν ἔαγε, λεπτὸν δ', malim legere ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσα ἔαγε,

Αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν·
Ὀππάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημ', ἐπιῤῥομ-
βεῦσι δ' ἀκυέ·
Καδδ' ἴδρως ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ
Πᾶσαν ἀγρεῖ, χλωροτέρα δὲ ποίας
Ἔμμι· τεθνάκην δ' ὀλίγω 'πιδεύσην
Φαίνομαι ἄπνυς.

Ἀλλὰ

λεπτὸν δ' &c. ubi καμμὲν Æolicè ponitur pro κατὰ μὲν, & κατὰ in constructione conjungi debet cum ἔαγε, ut sit κατέαγε *fracta est*, vel *se fregit lingua*: hoc est quod vult Catullianum illud *Lingua sed torpet*, & Lucretianum *infringi linguam*. Porrò notandum est, vocalem α in ἔαγε hîc longum esse, ut in Sect. 3. Νῦν δ' οὐ κέκραγά τω &c. & in Theocriti Idyll. κζ. v. 22. οὔτις ἔαδε: & finalem vocalem ante alteram initialem non semper solere præcidi, exemplo sit istud Homeri Iliad. α. v. 38. Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις.

Ibid. Λεπτὸν δ' &c.] Per vocem πῦρ intelligendus est is ignis, qui colorem rubeum in iis, qui re aliquâ afficiuntur, efficit; eam enim per ἐρύθημα πυρῶδες explicat Plutarchus in Demetrio Poliorc. ubi dicit Antiochum ægrotantem omnia signa habuisse, quæ in suâ Ode Sappho notârat; & ex his Medicum reperisse, eum non alio morbo, quàm amore, laborâsse: per vocem χρῷ Sappho videtur significare cutem totius corporis: huic etiam sensui conveniunt Plutarchi in Erotico verba (p. 763. Edit. Xyland.) hujus Odes virtutes enumerantia φλέγεσθαι τὸ σῶμα, & Catulliana Imitatio *Tenuis sub artus flamma dimanat*.

L. 2. Ὀππάτεσσιν] Ita MSti Par. & Vat. duo, & El. & Ambr. quod Æolum magis proprium est, quàm Manutiana lectio ὀμμάτεσσιν.

Ibid. Ὄρημ' ἐπιῤῥομβεῦσι δ' ἀκυέ·] Manutius edidit ὅρημι, βομβεῦσιν δ' ἀκοαί μοι: sed cum Ed. prima habet ὁρῶμι * * κ' ἀπιβομβεῦσιν δ' ἀκκαὶ *, & MS. Vat. 2. ὅρημι ἐπρομβεῦσι δ' ἀκκαί; Vat. verò 3, & MS. Par. ὀρῆ μὴ ἐπρομβεῦσι δ' ἀκυέ; conjecturâ legendum censeo ὄρημ', ἐπιῤῥομβεῦσι δ' ἀκυέ. Vox ἀκυέ videtur Æol. dici pro ἀκκαὶ, ut Simonides apud Clem. Alexandr. Edit. Heidelb. p. 211. l. 48. dicit Æol. νέειν pro ναίειν, & apud eundem dicit Democr. γέα pro γαῖα, unde γεάοχος pro γαιάοχος legitur apud Pindarum Olymp. Od. 13. Porrò

ἐπιῤ-

Statim cutem ignis subiit,
Et oculis nihil video, tinniunt
& aures mihi :
Et sudor gelidus manat, tremorque
Totam occupat, pallidiorque herbâ
Sum, & à moriendo parum abfore
Videor exanimis :

Sed

ἐπιῤῥομβεῦσι dicitur Æol. pro ἐπιῤῥομβοῦσι, ut θορυβεῦσι occurrit apud Theocr. Idyll. 21. v. 5. pro θορυβοῦσι.

L. 4. Καδδ' ἴδρως ψυχρὸς χέεται.] Multum ab hâc Manutii lectione differt illa MStorum & Editionis primæ : habent enim MSti Par. & duo Vat. ἔκα δέ μ' ἴδρως ψυχρὸς κακχέεται, nisi quòd Vat. 2. legit ἐκ δέ με &c. Editio verò pr. habet ἐκ ἢ μεῦ ψυχρὸς ἴδρως ἐκχέεται. Neutra lectio sana est : at ista vocalis α in MStorum lectione ἔκα ἢ planè nata est ex ultimâ literâ præcedentis vocis ἀκοὴ.

L. 5. Πᾶσαν ἀγρεῖ] Ita Editio pr. & MSti Par. Ambr. El. & Vat. duo ; pro quo Manutius habet αἱρεῖ : sed ἀγρεῖ dicitur Æol. pro αἱρεῖ. sic Hesychius dicit καταγρεῖ, καθαιρεῖ. Et (ut notavit Vossius) ipsa Sappho apud Apollonium Alex. in Grammaticâ sic locuta est, ὅτα πάννυχος ἀσφι καταγρεῖ.

Ibid. Χλωροτέρα] Ita MSti Par. & Ambr. & Ed. prima : Manutius verò χλωροτέρη. Vox χλωρὸς significat *ita viridis, ut in pallorem vergat* ; vel simpliciter etiam *pallidus*, referens colorem herbarum foliorumque flaccescentium & arescentium : arentes enim herbæ virorem illum pristinum paulatim amittunt & pallorem induunt : vide Steph. Thes. in voce χλωρὸς.

L. 6. Τεθνάκην δ' ὀλίγω 'πιδεύσην] Ita MSti Par. & Ambr. à quibus MSti Vat. duo & El. non aliter differunt, quàm quod 'πιδεύκην aut 'πιδεύην exhibent : Editio prima habet ὀλίγω δέω, κῆν. Sed ea lectio, quam imprimendam curavi, mihi (uti Clar. Boivino) verissima videtur : τεθνάκην Æol. dicitur pro τεθνάναι, & ὀλίγω 'πιδεύσην pro ὀλίγου ἐπιδεύσειν, vel ἐπιδεήσειν. Manutius edidit τεθνάναι δ' ὀλίγω δεῖσα.

L. 7. Φαίνομαι ἄπνυς] Ista vox ἄπνυς deest in omnibus MStis & in Editione primâ : à Manutii conjecturâ videtur profecta esse : sed cum Plut. in vi-

Ἀλλὰ πᾶν τολματὸν, ἐπεὶ πένητα ——

Οὐ θαυμάζεις, ὡς ὑπ' αὐτὸ τὴν ψυχὴν, τὸ σῶμα, τὰς ἀκοὰς, τὴν γλῶσσαν, τὰς ὄψεις, τὴν χρόαν, πάνθ', ὡς ἀλλότρια, διοιχόμενα ἐπιζητεῖ; καὶ καθ' ὑπεναντιώσεις ἅμα ψύχεται, καίεται, ἀλογιστεῖ, φρονεῖ; ἢ γὰρ φοβεῖται, ἢ παρ' ὀλίγον τέθνηκεν, ἵνα μὴ ἕν τι περὶ αὐτὴν πάθος φαίνηται, παθῶν δὲ συνόδος. Πάντα μὲν τὰ τοιαῦτα γίνεται περὶ τοὺς ἐρῶντας· ἡ λῆψις δ', ὡς ἔφην, τῶν ἄκρων, καὶ ἡ εἰς ταυτὸ συναίρεσις ἀπειργάσατο τὴν ἐξοχήν· ὅνπερ, οἶμαι, καὶ ἐπὶ τῶν χειμώνων τρόπον ὁ Ποιητὴς ἐκλαμβάνει τῶν παρακολουθούντων τὰ χαλεπώτατα. Ὁ μὲν γὰρ τὰ Ἀριμάσπεια ποιήσας ἐκεῖνα οἴεται δεινά·

Θαῦμ' ἡμῖν καὶ τοῦτο μέγα φρεσὶν ἡμετέρῃσιν.
Ἄνδρες ὕδωρ ναίουσιν ἀπὸ χθονὸς ἐν πελάγεσσι·

Δύστηνοι

tâ Demetrii Poliorc. hanc vocem explicat per τὸ ψυχῆς ἀπουσία, hæc lectio Manutii verior videtur, quàm Vossiana illa, ἄλλα pro ἀλάλη muta.

L. 1. Ἐπεὶ πένητα ——] Opinor Longinum non plus ex istâ Sapphûs Ode citâsse, quàm quod jam habemus; reliqua enim Odes pars non (ut conjicere est) amplius illa, quæ amantibus accidunt, mala describsit: videtur Sappho in sequentibus velle se consolari, aut potius fortem animum contrà Fœminæ illius amatæ injurias gerere.

L. 5. Ψύχεται] Alludit ad verba Odes Καδ δ' ἴδρως ψυχρὸς κέεται.

Ibid. Καίεται] Respicit ad illa, χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν.

Ibid. Ἀλογιστεῖ] Sc. cum dicat φαίνομαι ἄπνους.

Ibid. Φρονεῖ] Cùm Sappho se quasi corrigens addit, ἀλλὰ πᾶν τολματὸν &c.

L. 6. Φοβεῖται] i. e. ita commovetur, ut extra se rapi videatur: & ita Noster utitur hâc voce in Sect. 34. οὐδεὶς γοῦν Ὑπερείδην ἀναγινώσκων φοβεῖται.

L. 12. Τὰ Ἀριμάσπεια ποιήσας] Aristeas Proconnesius dicitur scripsisse poëma vocatum

Ἀριμ-

Sed tamen *omne* est *audendum*, *quoniam pauperem* &c.

Nonne miraris, quomodo sub idem tempus animam, corpus, aures, linguam, oculos, colorem, omnia hæc dilapsa, velut aliena *ab ipsâ essent*, requirat? & *quomodo* per vices *sibi* oppositas simul friget, uritur, ratione caret, sapienter se habet? vel enim exanimata, vel prope mortua est, adeò ut non unus aliquis Affectus in ipsâ appareat, sed Affectuum cœtus. Omnia quidem hujusmodi amantibus eveniunt: sed delectus (ut dixi) summarum *circumstantiarum* & earum consociatio in unum efformavit Sublimitatem. Quo more, opinor, & in tempestatibus *describendis ille* Poeta sc. *Homerus* excerpit maximè terribiles circumstantias: Ille enim, qui fecit *poëma dictum* Arimaspia, hæc censet grandia esse,

Admirationi nobis hoc magnæ fuit & animis nostris.
Homines aquam incolunt procul à terrâ in mari:
Infelix

Ἀριμάσπεια i. e. de rebus Arimasporum, gentis Scythicæ, procul ab omni mari sitæ. Versus hi ex illo poëmate adducti videntur verba esse cujusdam Arimaspi mirantis homines velle se navibus committere, conantisque nautarum tempestatibus oppressorum descriptionem facere.

L. 14. Θαῦμ' ἡμῖν καὶ &c.] Ita Manutius, Robort. & MSti: sed Faber pro ἡμῖν legendum censuit ἦ μὴν *sanè*: quo enim pacto (inquit ille) ἡμῖν cum ἡμετέρῃσιν stabit?

Δύστηνοί τινές εἰσιν· ἔχουσι γὰρ ἔργα πονηρά·
Ὄμματ' ἐν ἄστροισι, ψυχὴν δ' ἐν πόντῳ ἔχουσιν.
Ἦ που πολλὰ θεοῖσι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἔχοντες
Εὔχονται σπλάγχνοισι κακῶς ἀναβαλλομένοισι.

Παντὶ μὲν, οἶμαι, δῆλον, ὡς πλέον ἄνθος ἔχει τὰ λεγόμενα ἡδέως. Ὁ δὲ Ὅμηρος πῶς; ἓν γὰρ ἀπὸ πολλῶν λεγέσθω·

Ἐν δ' ἔπεσ', ὡς ὅτε κῦμα θοῇ ἐν νηῒ πέσῃσι
Λάβρον ὑπαὶ νεφέων, ἀνεμοτρεφές· ἡ δέ τε πᾶσα
Ἄχνῃ ὑπεκρύφθη, ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης

Ἱστίῳ

L. 2. Ὄμματ' ἐν ἄστροισι &c.] Antithesis vocum in hoc versu ὄμματα, ψυχὴν, & ἄστροισι, πόντῳ partem illorum, quos hic Longinus non probat, flosculorum efficit.

L. 3. Φίλας] i. e. *suas, proprias:* hanc autem vocis significationem Heinsio in Lectionum Theocrit. c. 5. debemus, qui primus docuit φίλον sæpe significare *meum, tuum, nostrum* &c. vel quod est *cujusque proprium.*

L. 4. Σπλάγχνοισι &c.] i. e. (ut censet Langbænius) *ναυτιῶσι* stomacho præ nauseâ rejectante; nautis enim, non multùm mari assuetis, vel etiam mari assuetis, si modo vehementi tempestate jactentur, sæpe accidit, ut evomendo quasi ipsa viscera rejecturi videantur.

L. 5. Πλέον ἄνθος ἔχει τὰ λεγόμενα ἡδέως] Ita cum MStis Par. Ven. Vat. 2, & 3, & Editione primâ censeo legendum, ut sensus sit, *potiùs habent floridum aliquid* (sc. quàm δεινότητα) *hæc, quæ tam dulci modo dicuntur:* Sic enim Sect. 35. (ut probaturus sum ibi) dicit Longinus πλέον ἔχει τὸ ἀστεῖον ἐν πᾶσι, καὶ μέγα καὶ καλόν; & ita Hermogenes de Ideis, l. 1, πλέον ἔχει τὸ φαιδρὸν ἢ ἀκμή; Porrò, cur non tam sana est lectio τὰ λεγόμενα ἡδέως, quàm illa altera Longini in Sect. 28, ἡδέως κεκραμένον? Vulgò legitur — καὶ ἡδέος, quam lectionem Tollius sic ex conjecturâ emendat, πλέον ἄνθους ἔχει τὰ λεγόμενα, ἢ δέους: cui conjecturæ nihil habeo quod opponam, præter MStorum omnium auctoritatem.

L. 8. Ἐν δ' ἔπεσ' &c.] Vide Iliad. ο. v. 624. & confer illa, quæ Virgilius dixit in l. 1. Æneid. de tempestate Æneæ naves jactante,

Ille

Infelix genus ſunt hominum; ſubeunt enim labores improbos:
Oculos in aſtris fixos, animam verò in ponto habent.
Sanè multum Diis ſuas manus tendentes
Precantur viſceribus turpiter rejectis.

Unicuique, puto, manifeſtum eſt, hæc, quæ dicta ſunt ſuaviter, potius habere floſculum, *quàm Sublimitatem.* Homerus autem quomodo *hanc rem depingit?* unum enim *exemplum* de multis proferatur.

Incidit autem, veluti cum fluctus velocem in navem ingruerit
Rapidus à nubibus, ventis auctus: hæc etenim tota
Spumâ operta eſt, venti verò gravis flatus
In

Incubuêre mari, totumque à ſedibus imis
Unà Eurusque, Notusque ruunt, creberque procellis
Africus, & vaſtos volvunt ad litora fluctus:
Inſequitur clamorque virûm, ſtridorque rudentum:
Eripiunt ſubitò nubes cœlumque diemque
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra:
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther:
Hi ſummo in fluctu pendent, his unda dehiſcens
Terram inter fluctus aperit, furit æſtus arenis.

Nec ſilendum eſt hoc in locò Auctorem Pſalmi 107. modo Sublimi, optimorumque poëtarum inſtar habente, tempeſtatis vim depinxit; dicit enim in verſibus 25, &c. *Edicit* (ſc. Deus) *& excitat ventum procelloſum, qui attollit fluctus maris. Aſcendunt* nautæ *ad cœlos, & deſcendunt iterum ad abyſſos: anima ipſorum calamitate ſe ipſa diſſolvit. Huc, illuc titubant, &, velut ebrius, loco ſtare neſciunt; tota eorum* navigandi *peritia* velut in mediis fluctibus *abſorbetur.*

Ἱστίῳ ἐμβρέμεται· τρομέουσι δέ τε φρένα ναῦται
Δειδιότες· τυτθὸν γὰρ ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται.

Ἐπεχείρησε καὶ ὁ Ἄρατος τὸ αὐτὸ τοῦτο μετενεγκεῖν,

—— ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει·

Πλὴν μικρὸν αὐτὸ καὶ γλαφυρὸν ἐποίησεν ἀντὶ φοβεροῦ· ἔτι δὲ παρώρισε τὸν κίνδυνον, εἰπών, "ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει·" οὐκοῦν ἀπείργει. Ὁ δὲ Ποιητὴς οὐκ εἰς ἅπαξ παρορίζει τὸ δεινόν, ἀλλὰ τοὺς ἀεὶ καὶ μονονουχὶ κατὰ πᾶν κῦμα πολλάκις ἀπολλυμένους εἰκονογραφεῖ· καὶ μὴν τὰς προθέσεις, ἀσυνθέτους οὔσας, συναναγκάσας παρὰ φύσιν, καὶ εἰς ἀλλήλας συμβιασάμενος, "ὑπὲκ θανάτοιο," τῷ μὲν συνεμπίπτοντι πάθει τὸ ἔπος ὁμοίως ἐβασάνισεν· τῇ δὲ τοῦ ἔπους συνθλίψει τὸ πάθος ἄκρως ἀπεπλάσατο, καὶ μονονοὐκ ἐνετύπωσε τῇ λέξει τοῦ κινδύνου τὸ ἰδίωμα, "ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται." Οὐκ ἄλλως ὁ Ἀρχίλοχος.

L. 12. Τῷ μὲν συνεμπίπτοντι &c.] Hoc artificium verba ad ſenſum accommodandi ex Homero didicit Virgilius, qui (ut dicit Langbænius) monſtrum Cyclopem non alio carmine, quàm monſtroſo, deſcripſit:

Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.
Æn. l. 3. v. 658.

Cum verò Idem celeritatem Equorum velit depingere, quaſi Dactylorum pennis volat ejus verſus, ut in Æn. l. 8. v. 596.

Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Eodem modo vorticis Trojanos merſuri vis verbis rapidiſſimis deſcribitur, ut in Æn. l. 1. v. 117, ubi Orontis navim

—Rapidus vorat æquore vortex.

Contrà, ubi velit ob oculos lectoris ponere gigantes magno molimine rem arduam tentantes, laborat ejus verſus, vocaliumque concurſu verba velut vi proferuntur, ut in Georgic. l. 1. v. 281.

Ter

In velo fremit, trepidantque animo nautæ
Timentes, parvo enim spatio à morte subvehuntur.

Tentavit & Aratus hoc idem *ab Homero ad suum poëma* transferre,

——*parvum autem lignum probibet mortem.*

Sed exile hoc fecit & venustum vice terribilis: prætereà terminos periculo constituit dicendo, *lignum probibet mortem:* ergo arcet. Ille verò Poëta sc. *Homerus* ne semel terminos constituit ei, quod terribile est; sed repræsentat *homines* semper & pænè ad singulos fluctus sæpe pereuntes: Et quidem præpositiones, quæ conjungi non possunt, cogens contra *ipsarum* naturam, alteramque in alteram vi urgens, ὑπ' ἐκ θανάτοιο, tormento affecit versum ad similitudinem incidentis *nautis* tempestatis; & violentiâ versui adhibitâ id, quod *in tempestate* patiuntur, magnificè effinxit, & tantum non impressit dictioni *ipsam* periculi naturam, ὑπ' ἐκ θανάτοιο φέρονται. Non aliter Archilochus in naufragio *fecit,*

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam
Scilicet, atque Ossæ frondosum involvere Olympum.

L. 16. Ἀρχίλοχος] Poëta hic primus inter eos, qui Iambos scripserunt, memoratur: Scripsit etiam Elegos, quibus annumerandum censeo, quod hîc citatur, opus *de naufragio*, quod illum composuisse probabile est in obitum sororis suæ mariti, quem in mari periisse ex Plutarchi libro de audiend. Poetis cognoscimus. Langb.

L. 1.

λοχος ἐπὶ τοῦ ναυαγίου, καὶ ἐπὶ τῇ προσαγγελίᾳ ὁ Δημοσθένης, "Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν ———," φησίν. Ἀλλὰ τὰς ἐξοχὰς (ὡς εἴποι τις) ἀριστίνδην ἐκκαθήραντες ἐπισυνέθηκαν, οὐδὲν φλοιῶδες, ἢ ἄσεμνον, ἢ σχολικὸν ἐγκατατάττοντες διὰ μέσου. Λυμαίνεται γὰρ ταῦτα τὸ ὅλον, ὡσανεὶ ψήγματα ἢ ἀραιώματα, ἐμποιοῦντα μεγέθη συνοικονομούμενα, τῇ τε πρὸς ἄλληλα σχέσει συντετειχισμένα.

Συνέδρος

L. 1. Ἐπὶ τῇ προσαγγελίᾳ &c.] Intelligit Demosthenis orationem περὶ στεφάνου, ubi Orator ille tumultum Atheniensium post allatum de captâ à Philippo Elatiâ nuncium describit: Sed cum maximè Sublimis ille semper à Criticis habitus est locus, eum integrum hîc libet apponere. Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν· ἧκε δ' ἀγγέλλων τις ὡς τοὺς Πρυτάνεις, ὡς Ἐλάτεια κατείληπται· καὶ μετὰ ταῦτα οἱ μὲν εὐθὺς ἐξαναστάντες μεταξὺ δειπνοῦντες τούς τε ἐκ τῶν σκηνῶν τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐξεῖργον, καὶ τὰ γέῤῥα ἐνεπίμπρασαν· οἱ δὲ τοὺς Στρατηγοὺς μετεπέμποντο, καὶ τὸν σαλπιγκτὴν ἐκάλουν, καὶ θορύβου πλήρης ἦν ἡ πόλις. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ οἱ μὲν Πρυτάνεις τὴν βουλὴν ἐκάλουν εἰς τὸ βουλευτήριον· ὑμεῖς δ' εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπορεύεσθε· καὶ πρὶν ἐκείνην χρηματίσαι καὶ προβουλεῦσαι, πᾶς ὁ δῆμος ἄνω καθῆτο. Καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς εἰσῆλθεν ἡ βουλή, καὶ ἀπήγγειλαν οἱ Πρυτάνεις τὰ προσηγγελμένα ἑαυτοῖς, καὶ τὸν ἥκοντα παρήγαγον, κἀκεῖνος εἶπεν, ἠρώτα μὲν ὁ Κῆρυξ, τίς ἀγορεύειν βούλεται; παρῄει δ' οὐδείς, πολλάκις δὲ τοῦ Κήρυκος ἐρωτῶντος, οὐδὲν μᾶλλον ἀνίστατο οὐδείς, ἁπάντων μὲν τῶν Στρατηγῶν παρόντων, ἁπάντων δὲ τῶν Ῥητόρων, καλούσης δὲ τῆς κοινῆς πατρίδος φωνῆς τὸν ἐροῦνθ' ὑπὲρ σωτηρίας.

L. 3. Ἐκκαθήραντες] Vox ἐκκαθαίρω plerumque significat *expurgo*; hîc vero *educo*, ut in Plat. de Rep. l. 2. ὡς ἐῤῥωμένως ἑκάτερον τοῖν ἀνδροῖν, ὥσπερ ἀνδριάντα, εἰς τὴν κρίσιν ἐκκαθαίρεις, i. e. *in judicium educis*.

L. 5. Λυμαίνεται γὰρ &c.] Sensus est, ut videtur: Frivolæ, humiles & pueriles, sententiæ, cum gravi & magnificâ oratione immixtæ sint, totam eam lædunt, non secus ac ramenta lapidum, murum, qui con-

con-

fecit, & Demosthenes in nuntii expositione: *Erat enim diei vespera*, inquit, &c. Sed præcipuas *circumstantias*, cum optimates (si ita loqui liceat) eduxerint, connectebant, nihil futile, aut vile, aut è scholâ petitum in medio inserciëntes: Hæc enim, veluti ramenta aut frustula *lapidum*, omnino lædunt ea, quæ efficiunt ut Sublimitates sint unà dispositæ, & mutuâ inter se affectione constructæ.

construitur, lædunt, si ad rimas ejus complendas immittantur; impediuntque, quo minus ejus partes aptè & firmiter inter se cohæreant.

L. 6. Ἀραιώματα] Hæc vox significat *interstitia, rimas*, & fortesse *lapidum frustula*, quæ ἀραιὰ *tenuia* sunt. Faber verò legendum censet παραπληρώματα *complementa*, vel ἀραιενώματα *lapilli rimis inserti*.

L. 7. Ἐμποιοῦντα μεγέθη συνῳκονομημένα] Sic imprimendum curavi, quia Edit. pr. & MSti Vat. duo, Ven. & Ambr. itemque MS. Par. (dicat licet Tollius ibi legi συσκονιμένα) habent συνῳκονομημένα i. e. *unà disposita*: Longinus enim in Sect. 1. habet τὴν τῶν πραγμάτων τάξιν καὶ οἰκονομίαν. & in Sect. 11. dicit εἴτ' (subint. διὰ) ἐποικονομίαν ἔργων καὶ παθῶν: Interim confiteri liceat, me nihil certi habere, quod ad locum tam difficilem emendandum proferam. Vulgata vox συνῳκοδομημένα placeret, si MSti faverent: vox μεγέθη semper apud Longinum de Sublimitatibus orationis usurpatur: prorsus autem aliter eam intelligunt, qui reddunt *magnificas substructiones*: fefellit eos, puto, sequens vox συντετειχισμένα, quæ non hic in proprio sensu de muris constructis, sed metaphoricè de exædificatione verborum dicitur: notandum est hîc τὸ ὅλον adverbium esse *omnino*, & ἐμποιοῦντα (numeri pluralis accusativique casûs) sequi verbum λυμαίνεται, quod in mediâ voce usurpatur. Fortè, vox συνῳκοδομημένα interpretamento fuit voci συντετειχισμένα; nam istud τε post τῇ abest ab omnibus MStis & vet. Edit.

Sect. XI. Συνεδρὸς ἐστι ταῖς προεκκειμέναις ἀρετὴ, καὶ ἣν καλοῦσιν Αὔξησιν· ὅταν (δεχομένων τῶν πραγμάτων καὶ ἀγώνων κατὰ περιόδους ἀρχάς τε πολλὰς καὶ ἀναπαύλας,) ἕτερα ἑτέροις ἐπεισκυκλούμενα μεγέθη συνεχῶς ἐπεισάγηται κατ᾿ ἐπίβασιν. Τοῦτο δὲ εἴτε διὰ τοπηγορίαν, εἴτε δείνωσιν, ἢ πραγμάτων ἢ κατασκευῶν ἐπίῤῥωσιν, εἴτ᾿ ἐποικονομίαν ἔργων ἢ παθῶν,

L. 1. Ἣν καλοῦσιν Αὔξησιν] Tertium jam Longinus profert modum, unde ad sensus Sublimes excitandos via aperitur; nempe Incrementum, sive Amplificationem. Exemplum hujus habemus illustre in Virg. Æn. l. 2. v. 726.

Et me, quem dudum non ulla injecta movebant
Tela, nec adverso glomerati ex agmine Graii,
Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis.

Imò illustrius quidem, & Incrementi vim magis ostendens, exemplum occurrit apud Ciceron. in Or. pro lege Maniliâ, ubi de Pompeio, eum laudans, sic dicit; *Pro dii immortales! tantámne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre Reip. potuit; ut vos, qui modò ante ostium Tiberinum classem prædonum videbatis, ii nunc nullam intra Oceanum hostium navem esse audiatis?* Hîc vocibus *ostium Tiberinum, classem,* & *videbatis,* oppositæ voces *Oceanum, navem,* & *audiatis* Pompeii de Piratis victoriam reportatam ad id, supra quod nihil esse posset, increscere fecerunt.

L. 3. Ἀγώνων] Vox ἀγὼν significat hîc & alibi causam veram, qualis in foro multâ cum contentione animi agi solet; unde sæpissimè apud Ciceronem Oratorum adversariæ actiones vocantur *Contentiones.*

L. 6. Τοπηγορίαν] Sic communis locus definitur apud Aphthon. in progymn. esse, λόγος αὐξητικὸς τῶν προσόντων τινὶ καλῶν ἢ κακῶν, p. 15. Edit. Crisp. ubi exemplum loci communis contra tyrannum adducit.

Ibid. Δείνωσιν] Quinctil. l. 6. c. 2. *Hæc est illa, quæ δείνωσις vocatur, rebus indignis, asperis, invidiosis vim addens oratio: quâ virtute præter alios plurimum Demosthenes valuit.* Exemplum verò hujus δεινώσεως sit Ciceronianum illud de Verre. *Facinus est vincire civem Romanum, scelus verberare, prope parricidium necare: quid dicam, in crucem tollere?* de quo Quinctil. Inst. Or.

Vicina est etiam iis, quas jam tractavimus, virtus, quam vocant Incrementum; *scilicet* cum (admittentibus Rebus & Contentionibus multa initia multasque clausulas in periodis) illa, quæ *per se* magna sunt, alia aliis ingesta, continuâ serie insurgant ascendendo. Hoc autem sive per *communis* loci tractationem *fiat*, sive per exaggerationem, vel probationum corroborationem, sive per factorum aut affectuum alterius post alterum

De Incremento.

Or. l. 8. c. 4. sic commentatur. " Si tantùm *verberatus* " *esset*, uno gradu increverat, " ponendo etiam id esse *facinus*, quod erat inferius: & " si tantum *occisus esset*, per " plures gradus ascenderat; " cum verò dixerit *prope parricidium necare*, suprà quod nihil est; adjecit, *quid dicam* " *in crucem tollere?* ita cum id, " quod maximum est, occupâsset, necesse fuit in eo, " quod ultrà est, verba deficere."

Ibid. Ἢ πράγμάτων] Hæc verba delenda esse censeo: videntur mihi fuisse olim in margine posita ad explicandam vocem paulo infra sequentem ἔργων.

L. 7. Ἐποικονομίαν ἔργων] Exemplum hujus generis Incrementi peti potest ex istis de Antonio verbis Ciceronianis, Philip. 2. *Tu istis faucibus, istis lateribus, istâ gladiatoriâ totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie: O rem non modo visu fœdam, sed etiam auditu! Si inter cœnam, in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? in cœtu verò populi Romani negotium publicum gerens, magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens, frustis esculentis, vinum redolentibus gremium suum & totum tribunal implevit.* De quo Quinctil. Inst. Or. l. 8. c. 4. sic commentatur, " Quid *latera* & *fauces* ad ebrietatem? " minimè sunt otiosa: nam " respicientes ad hæc, possumus æstimare quantum ille " vini in Hippiæ nuptiis exhauserit, quod ferre & coquere non posset illâ *gladiatoriâ corporis firmitate*. Tanta " vis fuit vini erumpentis, ut " non casum afferret aut voluntatem, sed *necessitatem*, ubi " minimè deceret, vomendi; " & cibus non recens, ut accidere

θῶν, (μυρίαι γὰρ ἰδέαι τῶν αὐξήσεων γίνονται), χρὴ γινώσκειν ὅμως τὸν ῥήτορα, ὡς οὐδὲν ἂν τούτων καθ' αὑτὸ συσταίη χωρὶς ὕψους τέλειον, πλὴν εἰ μὴ ἐν οἴκτοις ἄρα νὴ Δία, ἢ ἐν εὐτελισμοῖς. Τῶν δ' ἄλλων αὐξητικῶν ὅτου περ ἂν τὸ ὑψηλὸν ἀφέλῃς, ὡς ψυχὴν ἐξαιρήσεις σώματος· εὐθὺς γὰρ ἀτονεῖ καὶ κενοῦται τὸ ἔμπρακτον αὐτῶν, μὴ τοῖς ὕψεσι συνεπιρρωννύμενον. Ἡ μέντοι διαφέρει τοῦ ἀρτίως εἰρημένου τὰ νῦν παραγγελλόμενα, (περιγραφὴ γάρ τις ἦν ἐκεῖνο τῶν ἄκρων λημμάτων, καὶ εἰς ἑνότητα σύνταξις), καὶ τίνι καθόλου τῶν αὐξήσεων παραλλάττει τὰ ὕψη, τῆς σαφηνείας αὐτῆς ἕνεκα συντόμως διοριστέον.

Sect. XII. Ὁ μὲν οὖν τῶν τεχνογράφων ὅρος ἐμοίγ' οὐκ ἀρεστός. Αὔξησίς ἐστι, φασί, λόγος μέγεθος περιτιθεὶς τοῖς ὑποκειμένοις. Δύναται γὰρ ἀμέλει καὶ ὕψους, καὶ πάθους, καὶ τρόπων εἶναι κοινὸς οὗτος ὁ ὅρος, ἐπειδὴ κἀκεῖνα τῷ λόγῳ περιτίθησι ποιόν τι μέγεθος. Ἐμοὶ δὲ φαίνεται ταῦτα ἀλλήλων παραλλάττειν, ᾗ κεῖται τὸ μὲν ὕψος ἐν διάρματι, ἡ δ' αὔξησις καὶ ἐν πλήθει· διόπερ ἐκεῖνο μὲν κἂν νοήματι ἑνὶ πολλάκις, ἡ δὲ πάντως μετὰ ποσότητος καὶ περιουσίας τινὸς ὑφίσταται.

" cidere interim ſolet, redderetur, ſed qui uſque in poſterum diem redundaret: ſingula incrementum habent: per ſe deforme vel non *in cœtu venire*, in cœtu etiam non *populi*, populi etiam non *Romani*, vel ſi nullum *negotium ageret*, vel ſi non *publicum*, vel ſi non *magiſter equitum*. Sed alius divideret hæc, & circa ſingulos gradus moraretur: hic in Sublime etiam currit, & ad ſummum pervenit, non nixu, ſed impetu."

terum dispositionem, (innumera enim genera possunt esse Incrementorum), oportet tamen oratorem cognoscere, quòd nihil ex his per se sine Sublimitate constituat *aliquid* perfectum, nisi in miserationibus *movendis* meherculè, aut in rebus extenuandis. Cæterarum verò rerum Incrementum facientium cuicunque id, quod Sublime est, detraxeris, detrahes tanquam animam corpori; statim enim se remittit & evanescit id, quod efficax in iis est, cum non sit suffultum Sublimitatibus. Quomodo sanè differant ab illo, quod nuper diximus, hæc de quibus nunc præceptum damus, (illud enim erat comprehensio quædam summarum circumstantiarum & in unum collocatio); & quomodo in universum Sublimia discrepent ab Incrementis, breviter, ut res clariùs percipi possit, definitione exponendum est.

Definitio igitur Scriptorum Artis mihi non placet: Incrementum est, inquiunt, oratio subjectam materiam magnitudine vestiens. Hæc enim potest æquè esse communis definitio & Sublimitatis & Affectûs & Troporum, quoniam & hæ res orationem vestiunt certâ quâdam magnitudine: Hæc autem mihi videntur inter se discrepare in eo, quod Sublimitas quidem consistat in elatione *orationis*, Incrementum autem etiam in multitudine: quare illa quidem sæpe extat etiam in uno sensu, hoc autem semper cum abun-

Definitionem Incrementi, quâ utuntur artis scriptores, veram non esse.

ὑφίσταται. Καὶ ἔστιν ἡ αὔξησις, ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, συμπλήρωσις ἀπὸ πάντων τῶν ἐμφερομένων τοῖς πράγμασιν ὁρίων καὶ τόπων, ἰσχυροποιοῦσα τῇ ἐπιμονῇ τὸ κατεσκευασμένον· ταύτῃ τῆς πίστεως διεστῶσα, ὅτι ἡ μὲν τὸ ζητούμενον ἀποδείκνυσιν, * * * * * * * πλουσιώτατα, καθάπερ τι πέλαγος, εἰς ἀναπεπταμένον κέχυται πολλαχῇ μέγεθος. Ὅθεν, οἶμαι, κατὰ λόγον ὁ μὲν ῥήτωρ, ἅτε παθητικώτερος, πολὺ τὸ διάπυρον ἔχει, καὶ θυμικῶς ἐκφλεγόμενον· ὁ δὲ, καθεστὼς ἐν ὄγκῳ καὶ μεγαλοπρεπεῖ σεμνότητι, οὐκ ἔψυκται μὲν, ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐπέστραπται. Οὐ κατ' ἄλλα δέ τινα ἢ ταῦτα, ἐμοὶ δοκεῖ, φίλτατε Τερεντιανὲ, (λέγω δὲ, εἰ καὶ ἡμῖν ὡς Ἕλλησιν ἐφεῖταί τι γινώσκειν,) καὶ ὁ Κικέρων τοῦ Δημοσθένους ἐν τοῖς μεγέθεσι παραλλάττει. Ὁ μὲν γὰρ ἐν ὕψει τὸ πλέον ἀποτόμῳ, ὁ δὲ Κικέρων ἐν χύσει· καὶ ὁ μὲν ἡμέτερος διὰ τὸ μετὰ βίας ἕκαστα,

ἔτι

L. 3. Πράγμασιν ὁρίων καὶ τόπων] Fr. Portus conjecit legendum πράγμασι μορίων καὶ τόπων: cujus conjecturam probat Tollius, addit verò etiam τύπων pro τόπων legendum esse: μορίων placet, quia in Sect. 10. Longinus dicit πράγμασι φύσει συνεδρεύει τινὰ μόρια ταῖς ὕλαις συνυπάρχοντα: sed vox τόπων non mutanda est. Editiones Robort. & Manutii, omnesque MSti vulgatam lectionem exhibent.

L. 4. Τὸ κατεσκευασμένον] Ita Robort. & MSti Par. Ambr. & Vat. 3. vulgò legitur τὸ κατασκευαζόμενον.

Ibid. Πίστεως] *Hæc omnia* (sc. argumenta) *generaliter* πίστεις *appellant: quod etsi propriâ interpretatione dicere* fidem *possumus, apertius tamen* probationem *interpretabimur.* Quinctil. Inst. Or. l. 5. c. 10.

L. 5. Ἀποδείκνυσιν, * * * * * * * πλουσιώτατα] In MStis omnibus extat solum ἀποδεί: istud κνυσιν est ex conjecturâ Manutii: sed inter hæc duo verba spatium duorum foliorum

abundantiâ quâdam & copiâ. Et Incrementum (ut *id* definiendo exprimam) eſt oratio completa omnibus, quæ in rebus continentur, particulis ac locis; addens ei, quod probatur, vim diutius inhærendo: in hoc differens à Probatione, quòd hæc demonſtrat eam rem, de quâ quæſtio inſtituitur, * * * * * * * abundantiſſimè, velut mare quoddam, paſſim in latè patentem (*Plato*) effuſus eſt magnitudinem. Unde, puto, in oratione Rhetor hic, *ſc. Demoſthenes*, ut *qui* in Affectibus commovendis potentior *eſt*, multum habet inflammatum, & quaſi irâ accenſum: ille autem (*ſc. Plato)*, elationem & magnificam gravitatem habens, non quidem frigidus fuit, ſed non pari modo *fulminis inſtar* contortus eſt. Non autem in aliis quàm his rebus, ut mihi videtur, chariſſime Terentiane, (addo autem, ſi nos etiam, utpote Græci, poſſimus aliquid ſcire *de ſcriptoribus Latinis*) etiam Cicero differt à Demoſthene in Sublimitatibus. Hic enim *abundat* plerumque Sublimitate præciſâ, Cicero autem diffusâ: & ille noſter, quia violentiâ,

liorum olim in MS. Pariſ. intervenit: idemque de MS. Veneto dicendum videtur, quippe Cl. Tollius dicit quatuor fermè paginas cum dimidiâ ibi vacuas relinqui, ad ſcribenda ſcilicet ea, quæ deſiderantur; aliter ille ſic lacunam implêſſet, ἀποδείκνυσιν ἀληθὲς εἶναι, ἢ οὔ τοῦτο δεινότερον ἀπεργάζεται καὶ παθητικώτερον.

L. 16. Ὁ μὲν γὰρ] Non aliud judicium de Demoſthene & Cicerone protulit Quinctil. Inſt. Or. l. 10. c. 1. *In eloquenda eſt aliqua diverſitas: denſior ille, hic copioſior: ille concludit aſtrictiùs, hic latiùs pugnat.*

ἔτι δὲ τάχους, ῥώμης, δεινότητος, οἷον καίειν τε ἅμα καὶ διαρπάζειν, σκηπτῷ τινι παρεικάζοιτ' ἂν ἢ κεραυνῷ· ὁ δὲ Κικέρων, ὡς ἀμφιλαφής τις ἐμπρησμὸς, (οἶμαι), πάντῃ νέμεται καὶ ἀνειλεῖται, πολὺ ἔχων καὶ ἐπίμονον ἀεὶ τὸ καῖον, καὶ διακληρονομούμενον ἄλλοτ' ἀλλοίως ἐν αὐτῷ, καὶ κατὰ διαδοχὰς ἀνατρεφόμενον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑμεῖς ἂν ἄμεινον ἐπικρίνοιτε. Καιρὸς δὲ τοῦ Δημοσθενικοῦ μὲν ὕψους καὶ ὑπερτεταμένου, ἔν τε ταῖς δεινώσεσι καὶ τοῖς σφοδροῖς πάθεσι, καὶ ἔνθα δεῖ τὸν ἀκροατὴν τὸ σύνολον ἐκπλῆξαι· τῆς δὲ χύσεως, ὅπου χρὴ καταντλῆσαι· τοπηγορίαις τε γὰρ, καὶ ἐπιλόγοις κατὰ τὸ πλέον, καὶ παραβάσεσι, καὶ τοῖς φραστικοῖς ἅπασι καὶ ἐπιδεικτικοῖς, ἱστορίαις τε, καὶ φυσιολογίαις, καὶ οὐκ ὀλίγοις ἄλλοις μέρεσιν ἁρμόδιος.

Sect. XIII. Ὅτι μέντοι ὁ Πλάτων (ἐπάνειμι γὰρ) τοιούτῳ τινὶ χύματι ἀψοφητὶ ῥέων οὐδὲν ἧττον μεγεθύνεται,

ἀνεγνωκὼς

L. 1. Καίειν τε ἅμα καὶ διαρπάζειν] Ita omnes Edit. & MSti: sed emendare rem sanam voluit Tollius, ideóque edidit καίων & διαρπάζων, nescius verba διὰ τὸ paulò suprà præcedere verba καίειν & διαρπάζειν.

L. 3. Ἀμφιλαφής τις] Ita MSti Par. & Vat. 3. cum vulgò deest τίς.

L. 5. Καὶ διακληρούμενον ἄλλοτ' ἀλλοίως] MSti Par. Ambr. El. & Vat. 3. & Ed. prima habent καὶ, & ἀλλοίως vice vulgati ἄλλως.

L. 8. Καὶ ὑπερτεταμένου] Vox τὸ ὑπερτεταμένον substantivè hîc accipitur, & significat idem quod ὕψος, id quod maximè elatum sive altissimum est in oratione: Sic Noster voce utitur in Sect. 10. p. 62. ὅτε τὰ ἄκρα αὐτῶν καὶ ὑπερτεταμένα δεινῶς ἐκλέξαι, & eodem modo occurrit in Sect. 34. τοῦ μεγαλοφυεστάτου substantivè usurpatum.

L. 12. Ἐπιλόγοις] Quinctil. Inst. Or. l. 10. c. 1. *Salibus certè & commiseratione (qui duo plurimum affectus valent) vincimus:*

violentiâ, & item celeritate, robore, vehementiâ omnia quasi & urat simul & abripiat, comparari potest turbini procelloso, aut fulmini: Cicero autem, velut latè patens quoddam incendium, (opinor), ubique depascitur & volutatur, multam habens semperque manentem inflammandi vim, & variis in locis vario modo apud ipsum distributam, alterâque *materiâ* alteri succedente enutritam: sed de his Vos *Latini* melius potestis judicare: Tempus autem Demosthenicæ Sublimitatis *generisque dicendi* elati maximè, est & in exaggerationibus & in vehementibus Affectibus, & ubi oportet auditorem omnimodis commovere: *tempus* autem *Ciceroniani* fusi *dicendi* generis est, ubi oportet *eum* demulcere; communis enim loci *alicujus* tractationibus, & epilogis plerumque, & digressionibus, & omnibus, quæ narrationem aut ostentationem habent, historiisque, & rerum naturalium expositionibus, & non paucis aliis partibus *orationis* est aptum.

Quòd Plato quidem (redeo enim) tali quodam flumine sine strepitu decurrens non minus *tamen* *De Sublimi dicendi genere Platonis.*

mus: & fortasse epilogos illi (Demostheni) *mos civitatis abstulerit.*

L. 13. Ἐπιδεικτικοῖς] Τὰ ἐπιδεικτικὰ sunt scripta ad ostentationem composita; vide Quinctil. Inst. Or. l. 3. c. 4. *Mihi* ἐπιδεικτικὸν *non tam demonstrationis vim habere, quàm ostentationis videtur.* & Aul. Gellium l. 2. c. 22.

L. 16. Ἐπάνειμι γὰρ] Hæ voces respiciunt ad illa, quæ de Platone Noster dixerat in

iis,

ἀνεγνωκὼς τὰ ἐν τῇ Πολιτείᾳ [τὸν τύπον] οὐκ ἀγνοεῖς. "Οἱ ἄρα φρονήσεως, φησὶ, καὶ ἀρετῆς ἄπειροι, εὐωχίαις δὲ καὶ τοῖς τοιούτοις ἀεὶ ξυνόντες, κάτω (ὡς ἔοικε) φέρονται, καὶ ταύτῃ πλανῶνται διὰ βίου· πρὸς δὲ τὸ ἀληθὲς ἄνω οὔτ᾽ ἀνέβλεψαν πώποτε, οὔτ᾽ ἀνηνέχθησαν, οὐδὲ βεβαίου τε καὶ καθαρᾶς ἡδονῆς ἐγεύσαντο· ἀλλὰ, βοσκημάτων δίκην, κάτω ἀεὶ βλέποντες, καὶ κεκυφότες εἰς γῆν καὶ εἰς τραπέζας βόσκονται χορταζόμενοι καὶ ὀχεύοντες, καὶ ἕνεκα τῆς τούτων πλεονεξίας λακτίζοντες καὶ κυρίττοντες ἀλλήλους σιδηροῖς κέρασι καὶ ὁπλαῖς ἀποκτιννύουσι δι᾽ ἀπληστίαν."

Ἐνδείκνυται δ᾽ ἡμῖν οὗτος ὁ ἀνὴρ, εἰ βουλοίμεθα μὴ κατολιγωρεῖν, ὡς καὶ ἄλλη τις παρὰ τὰ εἰρημένα ὁδὸς ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τείνει· ποία δὲ, καὶ τίς αὕτη; ἡ τῶν ἔμπροσθεν μεγάλων συγγραφέων καὶ ποιητῶν μίμησίς τε καὶ ζήλωσις. Καὶ τοῦτό γε, φίλτατε, ἀπρὶξ ἐχώμεθα

iis, quæ olim extabant in præcedenti Sect. sed maximâ ex parte nunc amissa sunt: atque hinc abunde constat eum, quem cum Oratore ibi contulerat, fuisse Platonem.

Ibid. Τοιούτῳ τινὶ χεύματι] Hæc est lectio MS. Par. à quâ non recedunt MSti Ambr. & Vat. 3. nisi quod hic χύματι, ille vero χήματι habet: Vulgatis abest τοιούτῳ.

L. 1. Τὸν τύπον] Isthæc duo verba [τὸν τύπον] planè delenda, nata autem sunt ex glossemate [τὸν τόπον]. quod appositum fuerat illis vocibus τὰ ἐν τῇ, &c. i. e. *locum, qui in Politiâ Platonis legitur:* Sic infinitæ corruptelæ factæ sunt in genere librario. Faber.

L. 2. Οἱ ἄρα &c.] Locus hic extat apud Plat. l. 9. de Rep.

tamen Sublimem ſe præſtat, Tu, qui legiſti ea quæ in *ejus* republicâ *continentur*, non ignoras. "Qui quidem ſapientiæ & virtutis expertes, "conviviis verò & hujuſmodi rebus ſemper in- "dulgentes, deorsùm (uti par eſt) feruntur, "atque ita per vitam vagantur: ad veritatem "autem neque ſuſpexerunt unquam, neque aſ- "ſurrexerunt, neque ſtabilem *ullam* & puram "voluptatem guſtaverunt: ſed, pecudum in- "ſtar, deorsùm ſemper intuentes, deflexique "ad terram & ad menſas explent ſe epulis & "venere; & causâ cupiditatis harum rerum "calcitrantes & arietantes ſe ferreis cornibus "unguliſque interficiunt ex inſatiabili deſide- "rio."

Oſtendit autem nobis hic vir, ſi nolimus *il-lum* negligere, aliam etiam eſſe quandam, præter eas quas tractavimus, viam, quæ ad Sublimia ducit: qualis autem, & quænam *eſt* hæc? *nempe* imitatio æmulatioque magnorum ſcriptorum proſaïcorum & poëtarum, qui ante nos vixerunt. Et ad hunc ſcopum, chariſſime, *oculos*,

De Imitatione.

L. 13. Ἐνδείκνυται δ' ἡμῖν &c.] Longinus de improviſo & quaſi contra formam inſtituti ſui operis aliam hic excogitat viam, unde Sublimes ſenſus excitentur, ſc. Imitationem Sublimium ſcriptorum, & de hâc agit uſque ad finem Sect. 14.

L. 14. Μὴ κατολιγωρεῖν] Ita MSti Par. Ambr. El. & Vat. duo, necnon Edit. prima; vulgata lectio κατολιγωρῆσαι minus placet.

ἐχώμεθα τοῦ σκοποῦ· πολλοὶ γὰρ ἀλλοτρίῳ θεοφοροῦνται πνεύματι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν καὶ τὴν Πυθίαν λόγος ἔχει τρίποδι πλησιάζουσαν, (ἔνθα "ῥῆγμ' ἐπὶ γῆς ἀναπνεῖν, ὥς φασιν, ἀτμὸν ἔνθεον") αὐτόθεν ἐγκύμονα τῆς δαιμονίου καθισταμένην δυνάμεως παραυτίκα χρησμῳδεῖν κατ' ἐπίπνοιαν· οὕτως ἀπὸ τῆς τῶν ἀρχαίων μεγαλοφυΐας εἰς τὰς τῶν ζηλούντων ἐκείνους ψυχὰς, ὡς ἀπὸ ἱερῶν στομίων, ἀπόρροιαί τινες φέρονται, ὑφ' ὧν ἐπιπνεόμενοι, καὶ οἱ μὴ λίαν φοιβαστικοὶ, τῷ ἑτέρων συνενθουσιῶσι μεγέθει. Μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο; Στησίχορος ἔτι πρότερον, ὅ τε Ἀρχίλοχος· πάντων δὲ τούτων μάλιστα ὁ Πλάτων, ἀπὸ τοῦ Ὁμηρικοῦ ἐκείνου νάματος εἰς αὐτὸν μυρίας ὅσας παρατροπὰς ἀποχετευσάμενος. Καὶ ἴσως ἡμῖν ἀποδείξεων ἔδει, εἰ μὴ τὰ ἐπ' εἴδους

L. 1. Πολλοὶ γὰρ &c.] Hæc Similitudo, ſive Comparatio facta inter Pythiam Apollinis ſacerdotem, & eos, qui imitantur optimos ſcriptores, feliciter excogitatur, & per omnes ſuas partes ritè incedit: nihil illâ pulchrius, nihil quod magis ipſam rem attingit: Pythia illa in tripode ſolebat ſedere, ibique per quædam terræ ſpiracula divino furore impleri: non aliter (ait Longinus) ii, qui imitantur optimos ſcriptores, ab iis, quos imitantur, inflari, eorumque Sublimi ſpiritu agi videntur. In hâc igitur Comparatione ſummi illi Auctores pænè cum Diis æquantur: eadem illis poteſtas tribuitur, quæ ipſi præſidenti Oraculis Numini; quodque in iis efficiunt, qui ipſos in exemplar ſumunt, divini ſpiritûs nomine ornatur.

L. 3. Ῥῆγμ' ἐπὶ γῆς ἀναπνεῖν] Cum MSti Par. Ambr. & Vat. 3. itemque Editio prima habent ἀναπνεῖν (non ut vulgò legitur ἀναπνέειν), vocem ῥῆγμα in ῥῆγμ' mutavi, ut appareat verſum hunc, ex veteri quodam ignoto poetâ adductum, eſſe Iambicum trimetrum: vox ἀναπνεῖν ponitur Atticè pro ἀναπνέον, eo modo quo (monente Cl. Maittaire) occurrunt δεῖν & δοκεῖν pro δέον

oculos diligenter intendamus; multi enim *quasi* divinitus feruntur vi alieni ſpiritûs eodem modo, quo rumor eſt etiam Pythiam, cum tripodi appropinquet, (ubi, ut dicunt, " hiatus eſt " terræ ſpirans halitum divinum)," illinc quaſi gravidam factam vi divinâ ſtatim per inflatum oracula edere: ſimiliter ab illâ veterum animi magnitudine ad animos imitantium feruntur quædam, velut à ſacris ſpiraculis, effluvia; quibus inflati etiam ii, qui *naturâ* non valdè ſunt Deo pleni, ab aliorum magnitudine concitantur. Solúſne Herodotus eſt magnus Homeri imitator? Steſichorus etiam ante *eum idem fuit*, & Archilochus: Plus autem, quàm hi omnes, Plato *fuit*, qui ab Homerico illo fonte innumeros rivulos ad ſe deduxit. Et forſitan nobis opus fuiſſet exemplis, niſi ea ſigillatim

δέον & δοκέον apud Phavorin. Etymol. p. 189. l. 35. Moſchop. p. 186. & Suid. Νειλέως, Νειλέως, κρᾶσει τοῦ ε καὶ ο εἰς τὴν ει· ὁμοίως τῷ Κλεισθένης, δέον δεῖν.

L. 4. Αὐτόθεν ἐσχύμονα &c.] Manutius inter has duas voces particulam καὶ injecit, ſed rectè abeſt ab Edit. pr. & MStis Par. Ambr. & Vat. 3.

L. 10. Μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο;] Tollius ex conjectura edidit Οὐ γὰρ μόνος ——— ἐγένετο· ſed cùm voces οὐ γὰρ ab omnibus Editionibus & MStis abſunt, illas delevi; præſertim cùm, additâ poſt ἐγένετο interrogationis notâ, ſenſus loci ſe ſatis tuetur. Schurtzfl. legit Μῶν μόνος Ἡρόδοτος &c. *Num ſolus Herodotus* &c.

L. 11. Στησίχορος] Poëta nobilis, Lyricique chori inventor: natus eſt, teſte Suidâ, Olymp. 37. de quo ſic ſcribit Quinctil. Inſt. Or. l. 10. c. 1. *Si tenuiſſet modum, videtur æmulari proximus Homerum potuiſſe.*

L. 15. Εἰ μὴ τὰ ἐπ' εἴδους καὶ οἱ περὶ Ἀμμώνιον] Manutius & eum ſecutæ Editiones ediderunt

εἴδους καὶ οἱ περὶ Ἀμμώνιον ἐκλέξαντες ἀνέγραψαν. Ἔστι δ' οὐ κλοπὴ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' (ὡς ἀπὸ καλῶν ἠθῶν) ἢ πλασμάτων, ἢ δημιουργημάτων ἀποτύπωσις. Καὶ οὐδ' ἂν ἐπακμάσαι μοι δοκεῖ τηλικαῦτά τινα τοῖς τῆς φιλοσοφίας δόγμασι, καὶ εἰς ποιητικὰς ὕλας πολλαχοῦ συνεμβῆναι καὶ φράσεις, εἰ μὴ περὶ πρωτείων νὴ Δία παντὶ θυμῷ πρὸς Ὅμηρον, (ὡς ἀνταγωνιστὴς νέος πρὸς ἤδη τεθαυμασμένον), ἴσως μὲν φιλονεικότερον, καὶ οἱονεὶ διαδορατιζόμενος, οὐκ ἀνωφελῶς δ' ὅμως, διηριστεύετο,

——ἀγαθὴ (γὰρ κατὰ τὸν Ἡσίοδον) ἔρις ἥδε βροτοῖσι.

καὶ τῷ ὄντι καλὸς οὗτος καὶ ἀξιονικότατος εὐκλείας ἀγών τε καὶ στέφανος, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι τῶν προγενεστέρων οὐκ ἄδοξον.

Οὐκοῦν

runt εἰ μὴ τὰ * * ἐπ' ἴνδας : nec aliter Edit. prima & omnes MSti, nisi quod asterisco carent. Cum verò aliquid vitii proculdubio huic loco adhærere vidit Faber, legendum censuit, εἰ μὴ καὶ τὰ ἐπ' εἴδους οἱ περὶ Ἀμμώνιον : & rectè sane se habet conjectura, nisi quod locus particulæ καὶ mutandus est MStorum auctoritate, ut sit εἰ μὴ τὰ ἐπ' εἴδους καὶ οἱ περὶ &c: habes Lector ἐπ' εἴδους in fine Sect. 43. ut ibi probaturus sum.

L. 1. Οἱ περὶ Ἀμμώνιον] Græca hæc phrasis nihil aliud significat, quàm Ammonius: nota est doctis loquendi formula : sed non adeo liquet, quis fuerit hic Ammonius: utrumne ille Egyptius, præceptor Plutarchi; an Alexandrinus, quem inter alios Origenes & Plotinus audiêre.

L. 2. Ὡς ἀπὸ καλῶν ἠθῶν] Quanquam Tollius legere voluit εἰδῶν vice ἠθῶν, nihil tamen mutandum esse censeo : hæc enim verba sunt per Parenthesin dicta, eorumque sensus hic est: Id, quod non injustè fieri potest ; id, quod à malis moribus non evenit: sc, non furtum est, sed honesta Imitatio.

L. 4. Ἐπακμάσαι μοι δοκεῖ] Manu-

tim etiam Ammonius eligens in *suis* scriptis notâsset. Hæc vero res non est furtum *ullum*, sed (ut à bonis moribus *fieri potest*) sive simulacrorum sive operum expressa effigies. Et videtur mihi, quòd non vigere fecisset ille quædam hujusmodi in dogmatibus philosophiæ, neque multis in locis ingressus esset in poëticas tam materias, quàm dictiones, nisi cum Homero toto animo meherculè de primis concertâsset, (tanquam athleta juvenis cum eo, quem jam omnes admirantur), fortasse quidem contentionis cupidiùs *quàm par fuit*, & velut hastâ eum petens, non inutiliter tamen: nam (secundum Hesiodum)

—— *hæc contentio utilis est mortalibus.*

& reverà hoc certamen de gloriâ & præmium est pulchrum dignumque victoriâ; in quo *certamine* vinci quidem nos à majoribus non inglorium est.

Ergo

Manutiana, quam aliæ Editiones secutæ sunt, lectio est ἐμβιβάσαι: sed hæc vox, quam edidi, extat in Edit. primâ & quinque MStis: fortasse Longinus hanc vocem usurpavit pro *vigere facio*, quo in sensu rectè hîc invenitur. Manutii lectiones, fateor, mihi sæpè suspectæ sunt, quoties omnibus MStis adversentur; quia ille multa per totum hoc Longini opus emendavit (ut dicit), nec tamen semel nos docuit, quæ lectio sua esset, quæve MSti.

L. 6. Συνεμβῆναι] Ita Ed. prima & MS. Par, sed Tollio magis placet Manutii lectio συνεκβῆναι: nescio tamen, cur συνεμβῆναι repudietur, cum significet propriè *ingredi* sive *accedere*, ut in Sect. 9. p. 52. ὡς εἰς τὰ ἡρωϊκὰ μεγέθη συνεμβαίνειν ἐθίζει.

L. 4.

Sect. XIV. Οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς, ἡνίκ' ἂν διαπονῶμεν ὑψηγορίας τι καὶ μεγαλοφροσύνης δεόμενον, καλὸν ἀναπλάττεσθαι ταῖς ψυχαῖς, πῶς ἂν, εἰ τύχοι, ταυτὸ τοῦθ' Ὅμηρος εἶπεν, πῶς δ' ἂν Πλάτων ἢ Δημοσθένης ὕψωσαν, ἢ ἐν ἱστορίᾳ Θουκυδίδης· προσπίπτοντα γὰρ ἡμῖν κατὰ ζῆλον ἐκεῖνα τὰ πρόσωπα, καὶ οἷον διαπρέποντα, τὰς ψυχὰς ἀνοίσει πως πρὸς τὰ ἀνειδωλοποιούμενα μέτρα. Ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ κἀκεῖνο τῇ διανοίᾳ προσυπογράφοιμεν, πῶς ἂν τόδε τι ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενον παρὼν Ὅμηρος ἤκουσεν, ἢ Δημοσθένης, ἢ πῶς ἂν ἐπὶ τούτῳ διετέθησαν· τῷ γὰρ ὄντι μέγα τὸ ἀγώνισμα, τοιοῦτον ὑποτίθεσθαι τῶν ἰδίων λόγων δικαστήριον καὶ θέατρον, καὶ ἐν τηλικούτοις ἥρωσι, κριταῖς τε καὶ μάρτυσιν, ὑπέχειν τῶν γραφομένων εὐθύνας πεπαῖχθαι. Πλέον δὲ τούτων παρορμητικόν, εἰ προστιθείης, πῶς ἂν ἐμοῦ ταῦτα γράψαντος ὁ μετ' ἐμὲ πᾶς ἀκούσειεν αἰών; Εἰ δέ τις αὐτόθεν φοβοῖτο, μὴ τοῦ ἰδίου βίου καὶ χρόνου φθέγξαιτό τι ὑπερήμερον, ἀνάγκη καὶ τὰ συλλαμβανόμενα ὑπὸ τῆς τούτου ψυχῆς, ἀτε-

λῆ

L. 4. Ὕψωσαν] Forte, ὕψωσεν.

L. 14. Εὐθύνας πεπαῖχθαι] Editio prima habet εὐθύνας **. Manutius verò edidit καὶ μὴ παῖξαι, pro quo Langbænius mavult καὶ μὴ πλάσαι. Ego MStorum omnium lectioni adhæreo, totumque locum sic lego, ὑπέχειν τῶν γραφομένων εὐθύνας πεπαῖχθαι. *exerceri in ratione scriptorum reddendâ.* Vox παίζω non solùm significat *ludo puerorum more*, sed & ludo athletarum more, unde occurrit apud Epictet. παίζω τὴν παλαίστραν *ago palæstritam*, sive *ludo palæstrâ*: & sic locus, ubi athletæ se solebant exercere, à Latinis vocatur *ludus*: cujusmodi plures erant Romæ. *Æmilium circà ludum Faber imus*, &c. Hor. de Art. Poet. v. 32. *ludum gladiatorium exædificare*. Sueton. in vitâ Cæsar. c. 31. sic & dicitur *ludus palæstra*, &

ludus

Ergo & nos decet, cum molimur aliquid, quod Sublimitatem & animi altitudinem exigat, fingere animis, quomodo forsitan Homerus hoc idem dixisset; & quomodo id Plato, vel Demosthenes, vel in historia Thucydides Sublime effecisset: illæ enim personæ, ex imitatione nobis occurrentes & velut prælucentes, animos *nostros* efferent ad illos *Sublimitatis* terminos, quorum imaginem ob oculos posuimus. Tum vero magis, si illud quoque cogitationi repræsentemus, quomodo hoc, quod à me dicitur, auditum accepisset Homerus, si adesset, aut Demosthenes; vel quomodo hoc affecti essent: reverà enim magnum est certamen, tale constituere nostrorum scriptorum tribunal theatrumque, & apud tantos heroas, judicesque *simul* & testes, in ratione scriptorum reddendâ exerceri. Majus autem his incitamentum *est*, si addideris, quomodo de me, qui hæc scripserim, judicabit omne sequens sæculum? Si quis autem ipso scribendi tempore vereatur, ne non pronunciet aliquid, quod suæ vitæ temporique supersit, necesse est ut etiam ea, quæ illius mente concipiuntur,

Optimos scriptores in scribendo ante oculos nostros ponendos esse.

ludus armorum: Hæc vox πεπαῖχθαι (quo modo eam explicavi) mihi eò magis placet, quòd Longinus in principio hujus sententiæ eâdem metaphorâ ἀγώνισμα usus est; utraque enim vox, ἀγώνισμα & πεπαῖχθαι, de athletis usurpari solet.

L. 17. Μὴ τοῦ ἰδίου] Forte, μὴ τοῦ ἰδίου βίου καὶ χρόνου ΟΥ φθέγξαιτο.

L. 2.

λῆ καὶ τυφλὰ ὥσπερ ἀμβλυῶττει, πρὸς τὸν τῆς ὑπερευφημίας ὅλως μὴ τελεσφορούμενα χρόνον.

Sect. XV. Ὄγκου, καὶ μεγαληγορίας, καὶ ἀγῶνος ἐπὶ τούτοις, ὦ νεανία, καὶ αἱ Φαντασίαι παρασκευαστικώταται· οὕτω γοῦν εἰδωλοποιΐας αὐτὰς ἔνιοι λέγουσι· καλεῖται μὲν γὰρ κοινῶς φαντασία, πᾶν ἐννόημα λόγου γεννητικόν, ὁπωσοῦν παριστάμενον· ἤδη δ' ἐπὶ τούτων κεκράτηκε τοὔνομα, ὅταν ἃ λέγῃς, ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ πάθους βλέπειν δοκῇς, καὶ ὑπ' ὄψιν τιθῇς τοῖς ἀκούουσιν. Ὡς δ' ἕτερόν τι ἡ ῥητορικὴ φαντασία βούλεται, καὶ ἕτερον ἡ παρὰ ποιηταῖς, οὐκ ἂν λάθοι σε, οὐδ' ὅτι τῆς μὲν ἐν ποιήσει τέλος ἐστὶν ἔμπληξις, τῆς δ' ἐν λόγοις ἐνάργεια· ἀμφότεραι δ' ὅμως τοῦτ' ἐπιζητοῦσι, τό συγκεκινημένον.

Ὦ

L. 2. Ὅλως] Ita MSti Par. & Vat. 3. itemque Editio pr. non, ut Manutius edidit, ὅλης.

L. 3. Ὄγκου, καὶ &c.] Alium & quintum Longinus hic profert modum, unde ad Sublimes sensus excitandos via aperiatur; nempe Imagines vel Visiones.

L. 4. Φαντασίαι] *Quas φαντασίας Graci vocant, nos sanè* Visiones *appellemus; per quas Imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis ac præsentes habere videamur.* Quinctil. Inst. Or. l. 6. c. 2.

Ibid. Οὕτω γοῦν εἰδωλοποιΐας αὐτὰς ἔνιοι λέγουσι] Duas priores voces addidi auctoritate Edit. pr. MStorumque Par. & Ambr. necnon (ut dicit Tollius) quatuor aliorum: non est autem, ut hanc lectionem cum Tollio improbemus eò, quòd vox ἔνιοι hic non bene videtur convenire cum sequentibus ἤδη δ' ἐπὶ τούτων κεκράτηκε τοὔνομα: illud enim κεκράτηκε non de omnibus intelligendum est, sed innuit solùm id nomen apud ἐνίους quosdam, eosque fortasse Rhetoricæ magistros, valuisse.

L. 7. Ἤδη δ'] Ita Editio pr. & omnes MSti: Manutius verò legit ἰδίως.

L. 12.

piuntur, imperfecta & cæca quasi abortum patiantur, omnino non perducta ad tempus famæ apud posteros *vigentis.*

Præterea, juvenis, Sublimitatis, & magnitudinis, & vis actuosæ maximè effectrices sunt etiam Visiones (vel Imagines); quippe sic nonnulli appellant ipsas imaginum fictiones: vocatur enim generaliter Visio, quidvis mente conceptum orationem generans, quomodocunque adsit; jam verò in his nomen valuit, cum ea, quæ dicis, divino quodam furore & Affectu cernere videaris, eaque ob oculos audientium ponas. Quòd vero aliud quiddam velit rhetorum Visio, & aliud illa poëtarum, non potest te latere; neque quòd Visionis in poësi finis sit terror, ejus autem in orationibus *solutis* evidentia; utræque res tamen hoc quærant, *nempe* commotionem *animi.* *De Visionibus.*

O

L. 12. Ἔμπληξις] Sic Editio prima & Manutius, itemque MStus Par. & hæc vox, etsi nullis in Lexicis inveniatur, tamen æquè potest significare *stupor* & *perterrefactio*, ac ἐμπληξία, quæ in hoc sensu frequenter occurrit. Fr. Portus primus edidit ἔκπληξις typographico, opinor, errore.

Ibid. Τῆς δ' ἐν λόγοις ἐνάργεια] Audi quid de hujusmodi, quæ apud Oratores optimos inveniuntur, Visionibus sive Imaginibus, quarum finis est evidentia, dicat Quinctilianus in Inst. Orat. l. 6. c. 2. *Ut hominem occisum querar, non omnia, quæ in re præsenti accidisse credibile est, in oculis habebo? non percussor ille subitus erumpet? non expavescet circumventus? exclamabit? vel rogabit? vel fugiet? non ferientem, non occidentem videbo? non animo sanguis, & pallor, & gemitus, extremus denique*

que

Ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε· μὴ 'πίσειέ μοι
Τὰς αἱματωποὺς καὶ δρακοντώδεις κόρας·
Αὗται γὰρ, αὗται πλησίον θρώσκουσί μου.

καὶ,

Οἴμοι, κτανεῖ με· ποῖ φύγω;

Ἐνταῦθ' ὁ ποιητὴς αὐτὸς εἶδεν ἐριννύας· ὃ δ' ἐφαντάσθη, μικροῦ δεῖν θεάσασθαι καὶ τοὺς ἀκούοντας ἠνάγκασεν. Ἔστι μὲν οὖν φιλοπονώτατος ὁ Εὐριπίδης δύο ταυτὶ πάθη, μανίας τε καὶ ἔρωτας, ἐκτραγῳδῆσαι, κἀν τούτοις, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τισιν ἑτέροις, ἐπιτυχέστατος· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιτίθεσθαι φαντασίαις οὐκ ἄτολμος· ἥκιστά γέ τοι μεγαλοφυὴς ὤν, ὅμως τὴν αὐτὸς αὑτοῦ φύσιν ἐν πολλοῖς γενέσθαι τραγικὴν προσηνάγκασε,

que expirantis biatus insidet? & Idem dicit in l. 8. c. 3. *An quisquam tam procul à concipiendis imaginibus rerum abest, ut cum illa Ciceronis in Verrem legit,* Stetit soleatus. Prætor populi Romani, cum pallio purpureo, tunicâque talari, muliercula nixus in littore, *non solùm ipsum os intueri videatur, & locum, & habitum; sed quædam etiam ex iis, quæ dicta non sunt, sibi ipse adstruat? Ego certè mihi cernere videor & vultum & oculos & deformes utriusque blanditias, & eorum, qui aderant, tacitam aversationem ac timidam verecundiam.*

L. 1. Ὦ μῆτερ &c.] Verba sunt Euripidis in Oreste v. 255.

L. 2. Τὰς αἱματωποὺς &c.] Intellige Furias, quæ apud Poëtas sæpius sic describuntur: & huc videntur respicere illa, quæ Virgilius dicit in Æn. l. 4. v. 470.

Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem & serpentibus atris
Cum fugit, ultricesque sedent in limine Diræ.

Hujus etiam generis est illa Visio, quam Alcmæoni tribuit Cic. in Acad. quæst. l. 4.

Unde hæc flamma oritur?——
Incende, incende: adsunt, adsunt; me, me expetunt:
Fer mî auxilium, pestem abige à me:

Flam-

O mater, obsecro te, ne contra me excites
Sanguinoculas & anguicomas virgines;
Ipsæ enim, ipsæ prope me insiliunt.

&c,

Hei mihi! interficiet me. quò fugiam?

Hic poëta ipse vidit furias; & id, quod imaginatus est, coëgit auditores quoque propemodum videre. Est igitur quidem Euripides imprimis studiosus tragicè exprimendi duos hos Affectus, furoresque & amores, & in his *Affectibus* (ut nescio an in ullis aliis) felicissimus: veruntamen non inaudax est ad alias quoque Visiones aggrediendas: sanè cum minimè naturâ Sublimi sit, tamen ipse suam naturam coëgit in-

Flammiferam hanc vim, quæ me excruciat,
Cæruleæ, incinctæ igni incedunt (fortè *incendunt*):
Circumstant cum ardentibus tædis ——.

L. 4. Οἴ μοι &c.] Vide Euripidis Iphigeniam T. v. 408.

L. 5. Αὐτὸς εἶδεν ἐριννύας] Manutius edidit αὐτὸς οὐκ εἶδεν: sed Editio pr. & MSti Par. Ambr. & Vat. duo non habent οὐκ: quos sequi malo, præsertim cum Longinus in hâc ipsâ Sect. paulò infrà dicit οἱ καθ' ἡμᾶς δεινοὶ ῥήτορες, καθάπερ Τραγῳδοὶ. βλέπουσιν ἐριννύας. Si Tragœdi in genere, cur non Euripides etiam dicatur *furias videre*, i. e. oculis animi videre?

L. 9. Εἴ τισιν ἑτέροις] Ita omnes MSti, & Editiones ante Tollianam; at Tollius, doctissimi Stanleii, in notis ad Æschylum, conjecturam εἴ τις ἕτερος in textum induxit, quod nollem factum: quid est enim causæ, cur repudiemus istam veterum cod. lectionem? Fefellit, opinor, Stanleium constructio hujus loci non ipsi satis manifesta: subintelligenda est enim hîc præpositio ἐν, quæ in primâ sententiæ parte præcessit, quasi Longinus dixisset κἀν τούτοις, ὡς οὐκ οἶδ' εἰ ἐν τισιν ἑτέροις, &c.

L. 3.

ἐνώδηκασε, καὶ παρ' ἕκαστα ἐπὶ τῶν μεγεθῶν, ὡς ὁ Ποιητής,

> Οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχίον ἀμφοτέρωθεν
> Μαστίεται, ἑὲ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι.

Τῷ γοῦν Φαέθοντι παραδιδοὺς τὰς ἡνίας ὁ Ἥλιος,

> Ἔλα δὲ, μήτε Λιβυκὸν αἰθέρ' εἰσβαλών·
> Κρᾶσιν γὰρ ὑγρὰν οὐκ ἔχων, ἁψῖδα σὴν
> Κάτω διήσει,————————

φησίν. Εἶθ' ἑξῆς,

> Ἵει δ' ἐφ' ἑπτὰ Πλειάδων ἔχων δρόμον.
> Τοσαῦτ' ἀκούσας εἶτ' ἔμαρψεν ἡνίας·

Κρούσας

L. 3. Οὐρῇ δὲ &c.] Hi versus occurrunt in Homeri Iliad. υ. v. 170.

L. 6. Ἔλα δὲ &c.] Hic locus videtur desumptus fuisse ex Euripidis tragœdiâ, cui nomen fuit Phaëthon : sed ea jam omnino periit : Proculdubio eam ob oculos habuit Ovidius in Metam. l. 2. v. 131. cum apud ipsum Phœbus currus suos Phaëthonti commodans sic loquitur,

Zonarumque trium contentus fine, polumque
Effugito Australem, junctamque Aquilonibus Arcton :
Hâc sit iter, manifesta rotæ vestigia cernes.
Utque ferant æquos & Cœlum & Terra calores,
Nec preme; nec summum molire per æthera currum :
Altiùs egressus cœlestia tecta cremabis,
Inferiùs terras; medio tutissimus ibis.

Sed id Sublime, quod ab Euripide hîc mutuatus fuit, flosculis suis attenuavit, & pænè vitiavit. Nullibi verò ferè occurrit Sublimior Visio, quàm illa, quâ in Deboræ cantico post victum Siseram Judic. cap. 5. v. 28 &c. describitur gloriatio matris Siseræ, cum illa suum filium expectaret redeuntem, & (ut spem sibi fecerat) ex victoriâ redeuntem : *Per fenestram prospectabat, & exclamabat mater Sisera per cancellum : Cur tardè venit currus ejus? cur morantur*

in multis *locis* tragicam *&* *erectam* fieri; & ubique in Sublimibus (ut *dicit* Poëta ille)

Caudâ & latera & lumbos utrinque
Ferit, seque ipse concitat ad pugnandum.

Phaëthonti igitur Sol cum tradidisset habenas, *apud illum sic* dicit,

Age verò, neque Libycum aërem ingressus;
Temperiem enim humidam non habens, tuum currum
Deorsum transmittet.

Deinde posteà,

I verò ad septem Pleiadas tenens cursum:
Tot cum audiisset, deinde corripuit habenas;
Quatiensque

tur incessus currum? Sapientes ex principibus ejus fœminis illi respondebant, etiam ipsa sibi respondebat: Annon assecuti sunt? annon jam partiuntur prædam? unam puellam, seu potiùs duas unicuique viro? Siseræ verò præterea prædam vestis diversis coloribus ornata, vestis diversos colores acu pictos habentis, imò vestis utrinque variegata, eorumque collo, qui spoliis potiti sunt, non indigna.

Ibid. Λιβυκὸν αἰθέρ'] i. e. Zonam (ut vocant) torridam: ei enim Libya, Africæ pars, subjici Euripidi videbatur.

L. 7. Ἁψῖδα σὴν κάτω διήσει] Manut. Robort. & omnes MSti habent ἁψῖδας ἣν καὶ διήσει: sed nullus dubito, quin Fabri conjectura recipienda sit, qui legere jubet ἁψῖδα σὴν κάτω διήσει: vox enim διίημι (ut idem dicit) non est activæ significationis, quale est διίημι: ita διήσει σὴν ἁψῖδα ad verbum erit, *transmittet currum tuum*, i. e. locum cadenti currui dabit.

L. 10. Ἐφ' ἑπτὰ &c.] i. e. versùs eam Zodiaci partem, quà occurrit Taurus, cujus in dorso sunt septem Stellæ vocatæ Pleiades.

L. 11. Ἔτ'] Ed. pr. & omnes MSti habent τὶς: pro quo legendum opinor παῖς, (quod & Barnesius edidit in Eurip. fragm.) nam infrà legitur Ἵππων δὲ παῖδα νωθετῶν.

Κρούσας δὲ πλευρὰν πτεροφόρων, ὀχημάτων
Μεθῆκεν· αἱ δ᾽ ἔπταντ᾽ ἐπ᾽ αἰθέρος πτυχάς.
Πατὴρ δ᾽ ὄπισθε νῶτα σειρίου βεβὼς
Ἵππευε, παῖδα νουθετῶν, Ἐκεῖσ᾽ ἔλα,
Τῇ ῥα στρέφ᾽ ἅρμα, τῇ δέ.——

Ἆρ᾽ οὐκ ἂν εἴποις, ὅτι ἡ ψυχὴ τοῦ γράφοντος συνεπιβαίνει τοῦ ἅρματος, καὶ συγκινδυνεύουσα τοῖς ἵπποις συνεπτέρωται; οὐ γὰρ ἄν, εἰ μὴ τοῖς οὐρανίοις ἐκείνοις ἔργοις ἰσοδρομοῦσα ἐφέρετο, τοιαῦτ᾽ ἄν ποτε ἐφαντάσθη. Ὅμοια καὶ τὰ ἐπὶ τῆς Κασσάνδρας αὐτῷ,

Ἀλλ᾽ ὦ φίλιπποι Τρῶες——.

Τοῦ δ᾽ Αἰσχύλου φαντασίαις ἐπιτολμῶντος ἡρωϊκωτάταις, (ὥσπερ καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας παρ᾽ αὐτῷ,

Ἄνδρες,

L. 1. Πτεροφόρων, ὀχημάτων μεθῆκεν] Ita verba interpungenda esse censeo, ut vox ὀχημάτων, non cum πτεροφόρων, sed cum μεθῆκεν conjungatur, & sit genitivi casûs vi præpositionis μετὰ in voce μεθῆκεν: quamvis enim Interpretes putent ὀχήματα *currus* hìc poni pro *equos*, ut in illo Virgilii ------ *neque audit currus habenas*, tamen mihi satis constat Euripidem nolle post ὀχημάτων (etiam si hâc voce pro *equis* usus esset) dicere αἱ δ᾽ ἔπταντ᾽ &c. sed si disjungas πτεροφόρων ab ὀχημάτων, vox πτεροφόρων potest esse fœminini generis, & significare *alatarum equarum*, vel (ut Virg. loquitur in Æn. l. 7. 277.) *alipedum*. Eumelus Corinthius Bronten & Steropen Equas Solis nominat: easque Soli tribui solitas esse probat Ez. Spanheimius ad Callimach. p. 434.

L. 3. Σειρίου] Lege σειρίου; vox enim σείριος significat *astrum*, unde σείριος est *astricus*, vel *equus astricus*; nam omnes Planetæ suos habere equos putabantur. Faber. Hæc vox, quam Faber suæ conjecturæ tribuit, extat in Edit. pr. & MSto Par. pro quo Manutius edidit σειρεῖου.

L. 5. Τῇ ῥα στρέφ᾽] Ita Editio pr. & MSti Vat. duo: quod melius est quàm Manutianum illud τῇ ῥ᾽ ἔστρεφ᾽, &c.

L. 7. Τοῖς ἵπποις] Communiter

Quatiensque ſcuticâ *latus* equarum *alatarum, cum currubus*
Dimiſit eas; *illæ autem volabant ad ætheris convexa:*
Pater verò ponè tergum equi aſtrici conſcendens
Equitavit, admonens filium, Illâc age,
Hâc verte currum, & hâc &c.

Annon poſſis dicere, animum ſcribentis ſimul *cum Phaëthonte* conſcendere currum, & in eodem verſatum periculo unà cum equis volare? neque enim, niſi ferretur curſu æquali factis illis cœleſtibus, talia unquam imaginari potuiſſet, Similia *ſunt* etiam illa, quæ apud ipſum de Caſſandrâ *dicuntur,*

Sed, O Troës pugnis equeſtribus gaudentes &c.

Et cum Æſchylus audax ſit in concipiendis Viſionibus maximè heroïcis, (ut apud ipſum *Tragœdia vocata* ſeptem ad Thebas dicit

Viri

muniter hîc Longinus uſurpat vocem ἵπποις pro *equis* & *equabus*: Sed referri debet ad equas Solis ſuprà ab Euripide memoratas.

L. 11. Ἀλλ' ὦ &c.] Euripidis tragœdia, unde hæc deſumpta ſunt, hodie non extat: videtur tamen de Caſſandrâ, vate illâ *non unquam Teucris creditâ*, ſcripta fuiſſe: Longinus initium tantùm loci illius, quem adeò admiratur, citavit; Lectoreſque ſuos ad ipſam tragœdiam tunc temporis extantem remiſit.

L. 13. Καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις] Edit. pr. & MSti Par. & Vat. 3. habent καὶ; & MS. Par. Θήβας, non vulgatum Θήβαις. Hanc Trag. Plut. appellat τὸ μέγιστον τῶν Αἰσχύλου δραμάτων *omnium Æſchyli Fabularum maximè Sublimem*: Ariſtophaneſque in Ranis eam vocat Ἄρεος μεστὸν *Marte plenam, adeóque*

 (addit

Ἄνδρες, φησὶν, ἑπτὰ, θούριοι λοχαγέται,
Ταυροσφαγοῦντες εἰς μελάνδετον σάκος,
Καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου,
Ἄρην τ', Ἐνυὼ, καὶ φιλαίματον Φόβον
Ὁρκωμότησαν, ——————

τὸν ἴδιον αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους δίχα οἴκτου συνομνύμενοι θάνατον), ἐνίοτε μέντοι ἀκατεργάστους, καὶ οἱονεὶ ποκοειδεῖς τὰς ἐννοίας καὶ ἀμαλάκτους φέροντος, ὅμως ἑαυτὸν ὁ Εὐριπίδης κἀκείνοις ὑπὸ φιλοτιμίας τοῖς κινδύνοις προσβιβάζει. Καὶ παρὰ μὲν Αἰσχύλῳ παραδόξως τὰ τοῦ Λυκούργου βασίλεια κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Διονύσου θεοφορεῖται,

Ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη·

ὁ δ' Εὐριπίδης τὸ αὐτὸ τοῦθ' ἑτέρως ἐφηδύνας ἐξεφώνησε,

Πᾶν δὲ ξυνεβάκχευσ' ὄρος.

Ἄκρως δὲ καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ θνήσκοντος Οἰδίπου καὶ ἑαυτὸν μετὰ διοσημείας τινὸς θάπτοντος πεφάντασται, καὶ, κατὰ τὴν ἀπόπλουν τῶν Ἑλλήνων, ἐπὶ τ' Ἀχιλλέως προ-

(addit Idem) *plenam, ut nemo illam viderit, quin esset belli amantissimus.* In illâ tragœdiâ septem inclyti duces solenni modo jurârunt se aut vi expugnaturos urbem Thebas, aut illic pugnando morituros: Æschylus verò hoc eorum juramentum in sequentibus versibus describit.

L. 16. Πᾶν δὲ ξυνεβάκχευσ' &c.] i. e. totus mons bacchantibus assonuit: Æschylus ipsam domum facit bacchari & instinctam esse: Euripides verò mollius quiddam suaviusque profert, cum nihil aliud monti tribuit, nisi quòd bacchantium voces recinat.

L. 17.

Viri septem, bellicosi agminum ductores,
Taurum mactantes super nigro scuto,
Tangentesque manibus taurinum sanguinem,
Martemque, Bellonam, & sanguine gaudentem Metum
Jurârunt &c.

in suam ipsorum mortem invicem sine *ulla sui* miseratione conjurati), nonnunquam verò afferat sensus rudes, & quasi impexos parumque subactos, tamen se ipse Euripides præ æmulatione cogit ad illa ipsa propiùs accedere pericula. Et apud Æschylum palatia Lycurgi, cum appareat Bacchus, mirabiliter sacro furore commoventur,

Numine afflatur jam domus, bacchatur tectum:

Euripides autem alio modo hoc idem suavius reddens expressit,

Totus autem simul bacchatus est mons.

Sublimi autem modo etiam Sophocles de Oedipo moriente seque cum prodigiosâ tempestate sepeliente imagines concepit; & (cum discederent

L. 17. Ἐπὶ τοῦ θνήσκοντος] Videtur Longinus hîc respicere Sophoclis Oedip. Colon. (à v. 1525 ad v. 1555), ubi Chorus in tempestate illâ prodigiosâ sic loquitur, Ἔκτυπεν αἰθήρ, ὦ Ζεῦ &c. vel ad id, quod nuncius ibi dicit de morte Oedipi v. 1657 &c.

L. 19. Ἐπὶ τ' Ἀχιλλέως] Manutius edidit ἔπειτ' Ἀχιλλέως: sed Tollius rectissimè conjecit legendum esse ἐπὶ τ' Ἀχιλλέως: si verò paulò su-

προφαινομένου τοῖς ἀναγομένοις ὑπὲρ τοῦ τάφου. Ἣν οὐκ οἶδ' εἴ τις ὄψιν ἐναργέστερον εἰδωλοποίησε Σιμωνίδου· πάντα δ' ἀμήχανον παρατίθεσθαι. Οὐ μὴν ἀλλὰ τὰ μὲν παρὰ τοῖς ποιηταῖς μυθικωτέραν ἔχει τὴν ὑπερέκπτωσιν, ὡς ἔφην, καὶ πάντη τὸ πιστὸν ὑπεραίρουσαν· τῆς δὲ ῥητορικῆς φαντασίας, κάλλιστον ἀεὶ τὸ ἔμπρακτον καὶ ἐνάληθες· δειναὶ δὲ καὶ ἔκφυλοι αἱ παραβάσεις, ἡνίκ' ἂν ᾖ ποιητικὸν τοῦ λόγου καὶ μυθῶδες τὸ πλάσμα, καὶ εἰς πᾶν προσεκπίπτον τὸ ἀδύνατον· ὡς ἤδη νὴ Δία καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς δεινοὶ ῥήτορες, καθάπερ οἱ τραγῳδοί, βλέπουσιν ἐριννύας· καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο

prà post καὶ ponamus comma, ut sit καὶ, κατὰ τὸν ἀπόπλουν τῶν Ἑλλήνων, ἐπὶ τ' Ἀχιλλέως &c. sanè satis procedet sententia: nam anteà Longinus dixerat ἐπὶ τοῦ θνήσκοντος Οἰδίπου, jam addit καὶ ἐπὶ τ' Ἀχιλλέως pro τοῦ Ἀχιλλέως, ut alibi τ' ἀνδρὸς pro τοῦ ἀνδρὸς, p. 24. & τ' ἀληθοῦς, p. 34. Hæc tragœdia Sophoclis, ubi Achillis umbram ad tumulum apparentem depinxerat, hodie non extat: sed legitur apud Senecam in initio Troad. hujus Visionis infelix imitatio: Ovidius etiam hanc tragœdiam Sophoclis in animo habuit, cum hæc de Achillis manibus apparentibus cecinit in Metam. l. 13. 441.

Hic subitò, quantus cum viveret esse solebat,
Exit humo latè ruptâ, similisque minaci
Temporis illius vultum referebat Achilles.

Ubi elegans ille magis, quàm Sublimis, Poëta suo more bonis mala immiscet; cum enim descriptionem optimè incepisset, ususque esset felicibus verbis *humo latè ruptâ*, (quæ mirificè docent, quantus is fuerit, qui exiret), derepente ille se demittit, spiritusque ejus videtur in ultimo versu omnino cadere & languere.

L. 2. Σιμωνίδου] Simonides fuit celebris poëta Ceius: quem inventorem fuisse artificialis Memoriæ tradit Cic. de Orat. l. 2. eumque poëtam his verbis ornat Quinctil. l. 10. c. 1. *Præcipua ejus in commovendâ miseratione virtus, ut quidam in hâc eum parte omnibus ejusdem operis auctoribus præferant.*

L. 8.

rent Græci) de Achille apparente super tumulo iis, qui reditum parabant. Quod quidem visum nescio an quis evidentius, quàm Simonides, repræsentaverit: sed omnia *exempla Visionum* apponere, difficile est. Veruntamen ea, quæ *sunt* apud poëtas, habent excessum fabulosiorem, ut dixi, & ubique id, quod credibile est, superantem: quod verò ad rhetoricam Visionem attinet, id semper pulcherrimum est, quod actione plenum est & à veritate ductum: Sublimesque transitiones sunt etiam alienæ, cum forma orationis sit poëtica & fabulosa, & incidat in omne id quod impossibile est: ut jam etiam illi, qui Sublimes (si Diis placet) apud nos rhetores sunt, eodem more, quo tragœdi,

L. 8. Παραβάσεις] Petra conjecit legendum esse παρεκβάσεις, quas Quinctilian. Instit. Or. lib. 4. cap. 3. vocat *egressus* vel *egressiones: quæ* (ut dicit) *per totam causam varios habent excursus; ut laus hominum locorumque, ut descriptio regionum, expositio quarundam rerum non solum gestarum, sed etiam fabulosarum.* Interim non video, quare vox παραβάσεις rejiciatur, si sic eam explicare liceat, ut significet tales *transitus* à personâ ad personam, quales apud Poëtas occurrunt, cum narratione omissâ, se Furias fingunt videre: Hujusmodi παράβασις apud Euripidem Sublimis est; quia Orestes, cum dicit μέθες, μί' οὖσα &c. insanus est: sed cum Rhetores, temporibus Longini, Furias se videre finxerint, ista παράβασις fuit ἔκφυλος aliena, sc. quæ Poëtis solùm concessa, & Fabulis magis quàm veris causis propria videretur.

Ibid. Ποιητικὸν τοῦ λόγου] Manutianum illud τὸ ante τοῦ sententiam turbat, quia sequitur τὸ πλάσμα: vox verò τὸ abest ab Edit. pr. & MStis Par. & Vat. 3.

L. 10. Οἱ καθ' ἡμᾶς δεινοὶ] Voces δεινοὶ & γενναῖοι, (quæ posterior paulò infra sequitur), videntur esse per Ironiam dictæ.

ἐκεῖνο μαθεῖν οἱ γενναῖοι δύνανται, ὅτι ὁ λέγων Ὀρέστης,

Μέθες, μί᾽ οὖσα τῶν ἐμῶν ἐριννύων·
Μέσον μ᾽ ὀχμάζεις, ὡς βάλῃς εἰς τάρταρον;

----Cœlum ex Cyclope diurno
Nocturnus tunc Argus erat:

Ubi cum *diurnus Cyclops* ponatur pro die Solem exhibente, & *nocturnus Argus* pro nocte stellis innumeris splendente, Periphrases illæ modum valdè excedunt: Sic apud Athenæum lib. 3. Demades ille Sophista *ephebos* malè vocavit ἔαρ τοῦ δήμου *ver populi*, mœnia autem ἐσθῆτα τῆς πόλεως *vestes civitatis*, tubicinem item κοινὸν Ἀθηναίων ἀλέκτορα *publicum Atheniensium gallum*. Langb.

L. 8. Ὡς, εἰ προβάτων, φησὶν] In hâc lectione secutus sum vestigia Codicum veterum: Editio enim pr. & MSti Par. Ambr. & Vat. duo habent ὡσεί. MS. vero El. ὡς εἰ: Porro Editio pr. & MSti Par. & Ambr. habent φησὶν, quæ vox reddi potest *dicit aliquis*: usitatum est Longino hoc modo loqui, ut diximus in Emendat. ad Sect. 2. γίνονται γάρ, φησὶ &c. Judicet etiam Lector, annon voces καὶ βοῦς hinc inter φησὶν & ἐκώλυε exciderint, sequitur enim in posteriore sententiæ parte καὶ βόειον.

L. ult. Ἀλλὰ γὰρ] Illud γὰρ in μὲν Tollius maluit mutare; quia

τῶν σχημάτων χρήσεως ἐκ παρενθήκης τοσαῦτα πεφιλολογήσθω, Τερεντιανὲ φίλτατε· πάντα γὰρ ταῦτα παθητικωτέρους καὶ συγκεκινημένους ἀποτελεῖ τοὺς λόγους. Πάθος δὲ ὕψους μετέχει τοσοῦτον, ὁπόσον ἦθος ἡδονῆς.

Sect. XXX.

ΕΠειδὴ μέντοι ἡ τοῦ λόγου νόησις, ἥ τε φράσις, τὰ πλείω δι' ἑκατέρου διέπτυκται, ἴθι δή, αὐτοῦ φραστικοῦ μέρους εἴ τινα λοιπὰ ἔτι, προσεπιθεασώμεθα. Ὅτι μὲν τοίνυν ἡ τῶν κυρίων καὶ μεγαλοπρεπῶν ὀνομάτων ἐκλογὴ θαυμαστῶς ἄγει καὶ κατα-

κηλεῖ

quia (ut videtur) putaret γὰρ semper debere rationem praecedentis cujusdam rei post se habere: sed monendus est Lector particulam γὰρ post ἀλλὰ saepius (ut Grammatici loquuntur) Expletivam esse: sic habemus ἀλλὰ γὰρ in eodem sensu Sect. 9. & 29. & 43. Possis Latinè vertere *sed enim*; nam eodem modo Latini *sed enim* utuntur, quo hîc Longinus ἀλλὰ γάρ:

——Impius ex quo
Tydides sed enim, scelerumque inventor Ulysses &c.
Virg. l. 2. v. 163.

——Non laudis amor, nec gloria cessit
Pulsa metu: sed enim gelidus tardante senectâ
Sanguis habet.
Virg. l. 5. v. 394.

L. 1. Πεφιλολογήσθω, Τερεντιανὲ φίλτατε] Vulgò πεφιλολόγηται; sed sequor auctoritatem Edit. primae, & MStorum Par. & Vat. 2. & 3. quibus fere convenit MSti Ambr. lectio πεφιλολογεῖσθαι: scilicet Infinitivus modus hîc Dialecticè ponitur pro Imperativo πεφιλολογήσθω: ut in initio secundi fragmen. Longini, ex Porphyrio in vitâ Plotini, habemus πέμπειν & κομίζειν pro πέμπε & κόμιζε. Porrò voces Τερεντιανὲ φίλτατε in textum recepi, quas, cum in omnibus ante eum Editionibus extarent, Tollius ex suâ excidere passus est: satis est semel monere Lectorem, Tollium tale quid saepius fecisse.

L. 5. Ἦθος] Ita MSti Par. & Vat. duo, vice Manutiani ὕψος. Hunc verò locum explicant ista, quae Tollius citavit, verba Ciceronis in Oratore ad Brutum c. 37. *Duo sunt,*

quae

tarum ad Sublimia *facienda* per digreſſionem hæc dicta ſint, Terentiane chariſſime: omnia enim hæc perficiunt ſcripta pleniora affectibus & commota: affectus autem tantum particeps eſt Sublimitatis, quantum morata oratio jucunditatis.

QUoniam ſenſus orationis & dictio plerumque à ſe invicem explicantur, agedum, ſi adhuc ſuperſint quædam illius ipſius partis, quæ ad dictionem attinet, ea conſideremus. *Vereor, ne ſupervacaneum ſit iis, qui id ſciunt, dicere*; quòd delectus quidem propriorum & illuſtrium verborum mirificè ducit & permulcet *De verborum delectu.*

quæ benè tractata ab Oratore admirabilem eloquentiam faciant; quorum alterum eſt quod Græci ἠθικὸν vocant —— alterum quod idem παθητικὸν nominant: —— Illud ſuperius come, jucundum, *ad benevolentiam conciliandam paratum; hoc vehemens, incenſum, incitatum, quo cauſa eripiuntur, quod, cum rapidè fertur, ſuſtineri nullo modo poteſt.*

L. 6. Ἐπειδὴ μέντοι &c.] Longinus hîc ad quartum Sublimitatis fontem venit, nempe delectum verborum.

L. 7. Αὐτοῦ φραστικοῦ] Manutius περὶ τοῦ φραστικοῦ: ſed, cum in MS. Par. legitur ἂν τοῦ & in MS. Vat. 3. αὐτοῦ, impreſſi αὐτοῦ, quæ lectio vera eſt, ſi poſt μέρους deleas comma.

L. 8. Εἴ τινα λοιπὰ ἔτι] i. e. ſi quæ relicta ſunt, quæ ab hominibus Rhetoricam docentibus non memorantur, neque ſunt valdè communia; nam ea, quæ minus ſunt nota, Longinus incipit tractare, cum dicit paulò infrà Ὁ μέντοι γε ὄγκος αὐτῶν &c.

L. 9. Κύριων] Locus mihi occurrit in Virgilii Æn. l. 3. v. 384. ubi verbo proprio & rem benè ſignificante uſus ille ad Sublimitatem evexit ſententiam: dicit enim

Ante & Trinacriâ lentandus remus in undâ.

Nihil verbo *lentandus* aut proprium magis aut ſignificantius (opinor) proferri potuit.

L. 2.

καλεῖ τοὺς ἀκούοντας, καὶ ὡς πᾶσι τοῖς ῥήτορσι καὶ συγγραφεῦσι κατ' ἄκρον ἐπιτήδευμα, μέγεθος ἅμα, κάλλος, εὐπίνειαν, βάρος, ἰσχύν, κράτος, ἔτι δὲ τ' ἄλλα, ἄν ὦσί τινα, τοῖς λόγοις, ὥσπερ ἀγάλμασι καλλίστοις, δι' αὐτῆς ἐπανθεῖν παρασκευάζουσα, καὶ οἱονεὶ ψυχήν τινα τοῖς πράγμασι φωνητικὴν ἐντιθεῖσα, μὴ καὶ περιττὸν ᾖ πρὸς εἰδότας διεξιέναι· φῶς γὰρ τῷ ὄντι ἴδιον τοῦ νοῦ τὰ καλὰ ὀνόματα.

Ὁ μέντοι γε ὄγκος αὐτῶν οὐ πάντη χρειώδης· ἐπεὶ τοῖς μικροῖς πραγματίοις περιτιθέναι μεγάλα καὶ σεμνὰ ὀνόματα ταυτὸν ἂν φαίνοιτο, ὡς εἴ τις τραγικὸν προσωπεῖον μέγα παιδὶ περιθείη νηπίῳ. Πλὴν ἐν μὲν ποιήσει καὶ ἱ * * * * *

* * ὑπτικώ-

L. 2. Κατ' ἄκρον] i. e. *ad summum*, quo modo Longinus loquitur in Sect. 44. πιθανοὶ μὲν ἐπ' ἄκρον: nisi malit Lector cum MS. Vat. 2. legere has voces conjunctim, κάτακρον, ut sit Adjectivum, & significet *summum*, sive ad summum perductum.

L. 3. Εὐπίνειαν, βάρος] Ita MSti Par. El. & Vat. 3. idemque voluit dicere MS. Ambr. qui habet εὐπίνειαν: omnes codices ἢ carent, exceptâ Editione Manutii, qui edidit σαφήνειαν, ἢ βάρος: sed Emendatione non opus fuit, quoniam εὐπίνεια hîc significare videtur non *squalor*, sed *id quo verba antiquitatem olent*: ita enim Dion. Hal. de Struct. Orat. Sect. 22. loquitur, σχήμασι χρῆσθαι φιλεῖ οὐ τοῖς ἀρχαιοπρεπεστάτοις, ἀλλ' ὅσοις ἢ σεμνότης τις, ἢ βάρος, ἢ πῖνος πρόσεστιν: & in Sect. 22. τὸν ἀρχαϊσμὸν καὶ τὸν πῖνον ἔχουσα κάλλος. & ibidem de Thucydide sic loquitur, οἷς χρησάμενος ἀνὴρ εὐπινῆ καὶ αὐστηρὰν πεποίηκε τὴν ἁρμονίαν. Vide etiam Ciceron. Epist. ad Att. l. 12. Ep. 7.

L. 7. Πρὸς εἰδότας] Tollius malè mutavit postremam vocem in εἰδότα σε contra omnium Cod. auctoritatem: neque enim aliter plurali numero utitur Longinus Sect. 12. cum ad Terentianum sermonem convertit ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑμεῖς ἂν ἄμεινον ἐπικρίνοιτε: sensum loci, opinor, mea satis exprimit versio.

teet auditores: quódque *bujusmodi delectus* omnibus Rhetoribus & prosaïcis scriptoribus summum *est* studium, quippe qui facit, ut per se innascantur scriptis, velut imaginibus pulcherrimis, Sublimitas simul, ornatus, antiquitatis color, pondus, vis, robur, aliaque adhuc si quæ sint; & qui velut inserit rebus animam quandam voce utentem, Vereor (*inquam*), ne sit etiam superfluum iis, qui id sciunt, *hæc* exponere: splendida enim verba sunt reverà lux propria mentis.

Fastus quidem illorum non est ubique utilis; quoniam res parvas vestire magnis & nobilibus verbis, idem possit videri, ac si quis prægrandem personam tragicam infanti puero imponat. Sed in Poësi quidem & * * * * *

* * maximè

L. 12. Πεϱσωπεῖον] Hæc vox significat *larvam*, quam Actores antiqui in Scenâ ob os suum ponere solebant: Eam *personam* appellat Quinctil. Instit. Or. l. 6. c. 1. Ubi eâdem, quâ hic Longinus, similitudine utitur: *In parvis quidem litibus has Tragœdias movere tale est, quale si personam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis.*

Ibid. Πλὴν ἐν μὲν ποιήσει &c.] Desunt hîc in MSto Par. quatuor folia, ut testatur Clarissimus Boivinus.

L. 13. Ἐν μὲν ποιήσει καὶ ἱ * * * * * πϱακτικώτατον] Ita MS. Par. (cùm paulò aliter Edit. prima & MS. Vat. 3. nempe καὶ **** ἱπ]ικώτατον): Tollius igitur multum erravit, quum diceret in MS. Par. legi ἱςοϱίας; adde quòd, cum Tollius dicit se ibi invenisse θϱεπτικώτατον, nonnihil lapsus est: syllaba enim θϱε extrà in margine reperitur, adeò ut à nuperâ manu addita videri possit.

Sect. XXXI.

* * πληκτικώτατον, καὶ γόνιμον τόδ' Ἀνακρέοντος. "Οὐκέτι Θρηϊκίης ἐπιστρέφομαι." Ταύτῃ καὶ τοῦ Θεοπόμπου ἐκεῖνο τὸ ἐπαινετὸν, διὰ τὸ ἀνάλογον, ἔμοιγε σημαντικώτατα ἔχειν δοκεῖ· ὅπερ ὁ Κεκίλιος οὐκ οἶδ' ὅπως καταμέμφεται. "Δεινὸς "ὤν, φησὶν, ὁ Φίλιππος ἀνασκοφαγῆσαι πράγ-"ματα." Ἔστιν ἄρ' ὁ ἰδιωτισμὸς ἐνίοτε τοῦ κόσμου παραπολὺ ἐμφανιστικώτερον· ἐπιγινώσκεται γὰρ αὐτόθεν ἐκ τοῦ κοινοῦ βίου, τὸ δὲ συνῆθες ἤδη πιστότερον. Οὐκοῦν ἐπὶ τοῦ τὰ αἰσχρὰ καὶ ῥυπαρὰ τλημόνως καὶ μεθ' ἡδονῆς ἕνεκα πλεονεξίας καρτεροῦντος, τὸ "ἀνασ-"κοφαγεῖν τὰ πράγματα" ἐναργέστατα παρείληπται. Ὧδέ πως ἔχει καὶ τὰ Ἡροδότεια· "Ὁ "Κλεομένης, φησὶ, μανεὶς τὰς ἑαυτοῦ σάρκας ξιφι-"δίῳ κατέταμνεν εἰς λεπτὰ, ἕως ὅλον καταχορδεύων "ἑαυτὸν διέφθειρεν." Καὶ, "Ὁ Πύθης ἕως τοῦδε

"ἐπὶ

L. 3. Καὶ τοῦ Θεοπόμπου ἐκεῖνο τὸ ἐπαινετὸν] Hæc est lectio Manutii, à quâ multum recedunt MSti Par. & Vatic. duo, qui habent καὶ τὸ τοῦ Θεοπόμπου καὶ τὸ ἐπύνετον; ut & Editio pr. nisi quod Asteriscum inter τὸ & ἐπήνετον ponit. Legendum fortasse, καὶ τὸ τοῦ Θεοπόμπου καὶ τὸ ἐπαινετόν.

L. 6. Ἀνασκοφαγῆσαι &c.] Non dissimili (ut notavit Tollius) ratione dixit Cicero in Ep. ad Att. l. 4. Ep. 5. *Dudum circumrodo, quod devorandum est.*

L. 7. Ὁ ἰδιωτισμὸς &c.] Plurimum facit illa callidissima simplicitatis imitatio; *Milo autem cum in Senatu fuisset eo die quoad Senatus est dimissus, domum venit, calceos & vestimenta mutavit; paulisper, dum se uxor (ut fit) comparat, commoratus est:* Quod non solùm rebus ipsis vir eloquentissimus, quibus moras & lentum profectionis ordinem ducit, sed verbis etiam vulgaribus & quotidianis & arte occultâ consecutus est: quæ si aliter dicta essent, strepitu ipsum judicem, deinde patronum excitâssent. Hæc sunt, quæ dicit Quinctil. Inst. Or. l. 4. c. 2.

L. 13. Ὁ Κλεομένης &c.] Verba sunt Herodoti in l. 6. c. 75. ubi Cleomenis Regis Lacedæ-

cedæ-

* * maximè vulgare, & *tamen* naturale est illud Anacreontis: "Non amplius curo Thraciam *illam.*" Eodem modo etiam laudabile illud Theopompi videtur mihi significantissimè se habere, propterea quòd *vocabulum rei* benè respondet: quod tamen Cecilius, nescio cur, criminatur. "Cum Philippus, inquit, valeret res necessitate cogente devorare." Est quidem verbum vulgare nonnunquam *verbo* ornato multò significantius; illico enim ex communi vitâ cognoscitur, & id, quod usitatum est, *eo* est jam credibilius: ergo illud "necessitate cogente res devorare" significantissimè usurpatur de illo, qui fœda & sordida patienter jucundéque ambitionis causâ perfert. Sic etiam se habent illa Herodoti: "Cleomenes, inquit, insanus factus suam carnem ense minutim dissecuit, donec se totum rescindendo periit." Et, *De verbis vulgaribus.*

cedæmoniorum, tyranni simul & insani, mortem sibi illatam narrat: Cleomenes cippo illigatus, gladiumque nactus à tibiis sese truncabat: nam in longum discindens carnes à tibiis ad femora processit; & à femoribus ad coxarum vertebras atque ilia, ἐς ὃ (inquit Herodotus) ἐς τὴν γαστέρα ἀπίκετο, καὶ ταύτην καταχορδεύων ἀπέθανε τοιούτῳ τρόπῳ.

L. 15. Καταχορδεύων] Vox καταχορδεύων est ἀπὸ τῆς χορδῆς, quæ & intestinum est & & chorda ex intestinis facta: eritque τὴν γαστέρα καταχορδεύειν *ventrem ita discindere, ut diffluant intestina*; vel erit καταχορδεύειν *chordarum in modum concidere.* Imò forsan (voce à fæce vulgi traductâ, ut altera κατακρεουργεῖν) locus non aptiùs reddi potest, quàm *ex se ipso fartum faciens interiit.* Langb.

L. ult. Ὁ Πύθης ἕως τοῦδε &c.] Herodotus in l. 7. c. 181. narrat tres Græcas naves à decem navibus Persicis captas fuisse:

"ἐπὶ τῆς νεὼς ἐμάχετο, ἕως ἅπας κατεκρεουργήθη." Ταῦτα γὰρ ἐγγὺς παραξύει τὸ ἰδιώτην, ἀλλ' οὐκ ἰδιωτεύει τῷ σημαντικῷ.

Sect. XXXII. Περὶ δὲ πλήθους καὶ Μεταφορῶν, ὁ μὲν Κεκίλιος ἔοικε συγκατατίθεσθαι τοῖς δύο, ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς ἐπὶ ταὐτοῦ νομοθετοῦσι τάττεσθαι. Ὁ γὰρ Δημοσθένης ὅρος καὶ τῶν τοιούτων· ὁ τῆς χρείας δὲ καιρός, ἔνθα τὰ πάθη χειμάῤῥου δίκην ἐλαύνεται, καὶ τὴν πολυπλήθειαν αὐτῶν, ὡς ἀναγκαίαν ἐνταῦθα, συνεφέλκεται. "Ἄνθρωποι, φησὶ, μιαροὶ, καὶ ἀλάστορες, καὶ κόλακες ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρίδας, τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες, πρότερον μὲν Φιλίππῳ, νυνὶ δ' Ἀλεξάνδρῳ, τῇ γαστρὶ μετ-

" ῥοῦντες

fuisse: in unâ verò Græcorum navi Pythes (inquit) Ischenoi filius inter propugnatores erat vir eo die præstantissimus: qui, quum caperetur navis, ἐς τοῦτο ἀντεῖχε μαχόμενος, ἐς ὃ κατεκρεουργήθη ἅπας.

L. 4. Περὶ δὲ πλήθυς καὶ Μεταφερῶν] Ita omnes libri tam scripti, quàm impressi; si excipias Edit. primam, quæ omittit καὶ; sed tamen eam particulam retinendam censeo: Longinus, opinor, inter ea, quæ paulo ante defecisse vidimus, de Metaphoris tractarat, quibus opposuit verba vulgaria, quæ aliquando significantiora sunt quàm Metaphoræ: hîc vero de multitudine etiam Metaphorarum agit: nihil igitur opus est, ut vel cum Fabro legamus πλήθυς τῶν Μεταφορῶν, vel cum Tollio πλήθυς Τρόπων καὶ Μεταφορῶν.

L. 10. Ἄνθρωποι, φησὶ, μιαροὶ] Extant hæc in Demosthenis orat. pro Corona p. 169. Ed. Oxon.

L. 11. Ἠκρωτηριασμένοι] Ponitur hîc Passivum ἠκρωτηριασμένοι pro Activo ἠκρωτηριακότες: est autem ἀκρωτηριάζω propriè extremas corporis partes rescindo; metaphoricè idem quod λυμαίνομαι perniciem infero: quia (ut dicunt Harpocr. & Suidas in voce ἀκρωτηριάζω) οἱ λυμαινόμενοί τινας εἰώθασι ἀποκόπτειν αὐτῶν

τὰ

Et, "Pythes eo usque in navi pugnavit, do-
" nec totus in frusta carnis concisus est." Hæc enim prope accedunt ad *sermonem* vulgarem, sed non vulgaria sunt significatione.

Quod ad multitudinem etiam Metaphorarum attinet, Cecilius quidem videtur assentiri iis, qui docent duas *tantum*, vel ad summum tres unà ponendas esse: Demosthenes enim norma est etiam hujusmodi *rerum*; tempusque iis utendi est, ubi affectus torrentis instar volvuntur & secum rapiunt multitudinem earum, tanquam hîc necessariam. "Homines, (inquit) " impuri, & pestiferi, & adulatores, qui fœdè " lacerârunt suas unusquisque patrias, qui li-
" bertatem *suam* propinârunt prius Philippo, " nunc verò Alexandro; qui metiuntur felici-
" tatem *De Metaphorarum multitudine.*

τὰ ἄκρα: vel quia antiqui criminis convictis aurium extremitates amputare solebant; Neque de aurium solùm, sed & narium amputatione dicitur: quin & maximè propriè de manuum pedumve detruncatione; hæc enim membra vocantur *ἀκρωτήρια*. Langb.

L. 12. *Τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες*] *Libertatem suam propinantes*, hoc est, *χαριζόμενοι gratis concedentes*: Metaphora ex antiquo more translata, quo reges in festis vinum prælibantes, ipsum etiam poculum, cui visum est, porrigentes dono dabant; ut testantur Suidas & Ulpianus in Demosth. orat. *περὶ παραπρεσβ.* simile quid observat Scholiastes Pindari ad Olympion. Od. 7. *Προπίνειν* (inquit) *κυρίως τὸ ἅμα τῷ κράματι τὸ ἀγγεῖον χαρίζεσθαι*, i. e. *vox προπίνειν propriè significat simul cum vino diluto poculum dare.* Hinc Metaphoricè usurpatur pro *donare*, vel *gratis prodere*, & ita Harpocration ad hunc Demosthenis locum dicit, *προπεπωκότες ἀντὶ τῦ προδεδωκότες*. Langb.

"ῥεῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν· τὴν δ' ἐλευθερίαν καὶ τὸ μηδένα ἔχειν δεσπότην, ἃ τοῖς πρότερον Ἕλλησιν ὅροι τῶν ἀγαθῶν ἦσαν καὶ κανόνες, ἀνατετροφότες." Ἐνταῦθα τῷ πλήθει τῶν τροπικῶν ὁ κατὰ τῶν προδοτῶν ἐπιπροσθεῖ τοῦ Ῥήτορος θυμός. Διόπερ ὁ μὲν Ἀριστοτέλης καὶ ὁ Θεόφραστος μειλίγματά φασί τινα τῶν θρασειῶν εἶναι ταῦτα μεταφορῶν, τὰ, "ὡσπερεὶ φάναι," καὶ, "οἱονεὶ," καὶ, "εἰ χρὴ τοῦτον εἰπεῖν τὸν τρόπον," καὶ, "εἰ δεῖ παρακινδυνευτικώτερον λέξαι." Ἡ γὰρ ὑποτίμησις, φασὶν, ἰᾶται τὰ τολμηρά. Ἐγὼ δὲ καὶ ταῦτα μὲν ἀποδέχομαι, ὅμως δὲ πλήθους καὶ τόλμης μεταφορῶν (ὅπερ ἔφην καὶ ἐπὶ τῶν σχημάτων) τὰ

εὔκαιρα

L. 2. Δεσπότην, ἃ τοῖς πρότερον Ἕλλησιν] Ita Edit. prima & MSti Par. & Ambr. omisso αὐτῶν post δεσπότην.

L. 4. Ἀνατετροφότες] Ita MS. Par. & omnes ante Tollium Editiones, qui edidit ἀνατετραφότες: vox τέτροφα perf. act. à τρέπω invenitur apud Aristophanem in Nubibus τά; ἐμβάδας ποῖ τέτροφας, ὦ 'νόητε σύ; sic διακέκλοφε pro διακέκλεφε occurrit apud Longinum Sect. 16. & πέπομφε, κέκλοφε Atticè dicuntur à Demosthene pro πέπεμφε, & κέκλεφε.

Ibid. Τῶν τροπικῶν] Subintellige λέξεων: eadem loquendi formula paulò infrà in hac Sectione occurrit.

L. 5. Ἐπιπροσθεῖ] Ita rectè Ed. prima, & F. Portus ex suo MSto jubet legere ἐπιπροσθεῖ, vel ἐπιπροσθέει: Manutianum illud ἐπίπροσθε nullo sanè dicitur sensu.

L. 7. Θρασειῶν] Ed. veteres, & MSti habent θρασέων; sed Faber benè monuit legendum esse θρασειῶν.

L. 8. Ὡσπερεὶ &c.] His conveniunt illa Ciceronis de Oratore l. 3. c. 41. *Atque etiam si vereare, ne paulò durior translatio esse videatur, mollienda est præposito sæpe verbo: ut si olim M. Catone mortuo pupillum Senatum quis relictum diceret, paulò durius: sin, ut ita dicam, pupillum, aliquanto mitius esset.* Sed multo aptius ad hunc locum Fabius Inst. Or. l. 8. c. 3. sic ut inde sua Noster mutuatus videatur:

" tatem ventre, iisque, quæ fœdissima sunt; " quique everterunt libertatem & *conditionem* " nullum dominum habendi, quæ res priori- " bus Græcis fines normæque erant bonorum." Hîc multitudine Metaphorarum ira Rhetoris in proditores proruit. Quare Aristoteles & Theophrastus dicunt hæc esse quædam lenimenta audacium Metaphorarum, scilicet, " ut ita lo- " quar," &, " quasi," &, " si hoc modo loqui " liceat," &, " si oportet audaciùs dicere:" Correctio enim, inquiunt, audacibus medetur. Egò verò etiam hæc probo, tamen dico (id quod dixi etiam de Figuris) tempestivè adhibitos vehementesque affectus, & egregiam Sublimitatem esse propria quædam remedia multitudinis audaciæque Metaphorarum: quia iis naturale est impetûs *sui* vehementiâ omnia alia secum

videatur: *Et si quid periculosius* (inquit) *finxisse videbimur, quibusdam remediis præmuniendum est: " Ut ita dicam, si liceat di- " cere, quodammodo, permitte " mihi sic:" quod idem etiam in iis, quæ licentius translata erunt, proderit, quæ non tutò dici possunt: in quo non falli judicium nostrum sollicitudine ipsâ manifestum erit: Quâ de re Græcum illud erit elegantissimum, quo præcipitur illa* προεπιπλήσσειν τῇ ὑπερβολῇ. Tollius.

L. 12. Πλήθους καὶ τόλμης] Ita MSti Par. & Vat. duo, itemque Editio prima. Vulgò πλῆθος καὶ τόλμην.

L. 13. Ὅπερ ἔφην] Respicit Longinus ad ea, quæ dixerat paulò post initium Sectionis 17.

Ibid. Καὶ ἐπὶ τῶν σχημάτων] Manutius, & MSti habent κἄπειτα: sed, ni fallor, legere oportet καὶ ἐπὶ (vel κἀπὶ) τῶν σχημάτων: hoc enim modo loquitur Longinus in Sect. 38. ὡς καὶ ἐπὶ τῶν σχημάτων προείπομεν. Editio prima habet καὶ τῶν σχημάτων.

εὔκαιρα καὶ σφοδρὰ πάθη, καὶ τὸ γενναῖον ὕψος εἶναι φημι ἴδιά τινα ἀλεξιφάρμακα· ὅτι τῷ ῥοθίῳ τῆς φορᾶς ταυτὶ πέφυκεν ἅπαντα τ' ἄλλα παρασύρειν καὶ προωθεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ ὡς ἀναγκαῖα πάντως εἰσπράττεσθαι τὰ παράβολα· καὶ οὐκ ἐᾷ τὸν ἀκροατὴν σχολάζειν περὶ τὸν τοῦ πλήθους ἔλεγχον, διὰ τὸ συνενθουσιᾶν τῷ λέγοντι. Ἀλλὰ μὴν ἔν γε ταῖς τοπηγορίαις καὶ διαγραφαῖς οὐκ ἄλλό τι οὕτως κατασημαντικὸν, ὡς οἱ συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι τρόποι· δι' ὧν καὶ παρὰ Ξενοφῶντι ἡ τ' ἀνθρωπίνου σκήνους ἀνατομὴ πομπικῶς, καὶ ἔτι μᾶλλον ἀναζωγραφεῖται θείως παρὰ τῷ Πλάτωνι. " Τὴν μὲν κεφαλὴν αὐτοῦ " φησιν ἀκρόπολιν· ἰσθμὸν δὲ μέσον διῳκοδομῆσθαι " μεταξὺ [αὐτῆς καὶ] τοῦ στήθους τὸν αὐχένα, σφον- " δύλους

L. 1. Καὶ σφοδρὰ] Ita Edit. prima, & MSti Par. Ambr. & Vat. 3. Illud Manutianum τὰ post καὶ supervacaneum est, quia occurrit suprà τὰ ante εὔκαιρα.

Ibid. Ὕψος] Tollius rectè monuit legendum esse ὕψος, cùm anteà legeretur ὕψους.

L. 9. Δι' ὧν καὶ παρὰ Ξενοφῶντι &c.] Langbænius censet illum Xenophontis locum, quem in animo hìc habuit Longinus, extare in Ἀπομνημ. l. 1. p. 45. Edit. Oxon.

L. 10. Σκήνους] Vox σκῆνος propriè significat *corpus*: de quo vocis sensu multa extant apud veteres auctores exempla: testatur Faber Platonem ita locutum esse in *Timæo* & *Axiocho*; citatque insuper hæc verba Æliani de verme Indico l. 5. de animal. c. 3. ἀχρεῖον δὲ ἐστι τὸ λοιπὸν τῆς ζώου σκῆνος, *inutile est reliquum animalis corpus.* Sic & Hippocrates de Anat. φλὲψ μεγάλη, δι' ἧς ὅλον τὸ σκῆνος τρέφεται; & in lib. 5. de corde, αὗται (sc. φλέβες) πηγαὶ φύσιος ἀνθρώπου, καὶ οἱ ποταμοὶ ἐνταῦθα ἀνὰ τὸ σῶμα, τοῖσιν ἄρδεται τὸ σκῆνος. Notum est etiam medicis Nicandrum & Aretæum, veteres medicos & scriptores, hâc voce ita sæpissime uti, ut constet vocem σκῆνος significare *corpus* propriè, non Metaphoricè.

Hinc

eum abripere & propellere, potius verò exigere audacia tanquam omnino necessaria; neque permittunt, ut auditori otium sit ad multitudinem Metaphorarum reprehendendam, propterea quòd eodem, quo is qui dicit, sacro furore afflatur. Atqui in *communium* locorum tractationibus & in descriptionibus nihil aliud tam significans est, quàm frequentes sibique instantes Tropi: quibus & apud Xenophontem anatome humani corporis magnifico more depingitur, & adhuc magis divino more apud Platonem:
" Caput ejus dicit *Plato* esse arcem; collum
" verò inter *hoc* & pectus medium, *quasi* Isth-
" mum, ædificatum esse; dicitque vertebras *ei*
" sup-

Hinc igitur discimus illa D. Pauli in 2 Ep. ad Cor. c. 5. v. 1. ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους verti debere *terrestris nostra domus corporis*.

L. 12. Τὴν μὲν κεφαλὴν &c.] Omnia hæc, & quæ sequuntur, Platonis verba desumpta sunt ex *Timæo*, ubi Metaphorica illa, seu potius Allegorica, descriptio humani corporis tres amplius paginas occupat: Longinus verò ea solùm selegit, quæ ipsi visa sunt splendidiora, verbis Platonis ubique ferè aliquantum mutatis. Ea, quam hîc citat Tollius ex Ciceron. de Nat. Deorum l. 2. c. 54. &c. descriptio usûs partium in corpore humano magis Philosophi est, quàm Oratoris; verè enim magis & ad naturam accommodatè, quàm metaphoricè & magnificè sermo instituitur: sed & ibi quædam Figuris optimè vestiuntur, & per metaphoras dicuntur: ut ea, quæ huic Longini loco similia sunt, quæque in cap. 56. occurrunt, *Sensus autem, interpretes ac nuncii rerum, in capite, tanquam in arce, mirificè ad usus necessarios & facti & collocati sunt.*

L. 14. Μεταξὺ τοῦ στήθους τὸν αὐχένα] Ita omnes Codices: sed si quis locum perpendat, legendum putabit μεταξὺ αὐτῆς (sc. κεφαλῆς) καὶ τοῦ στήθους &c. & ita se habent verba apud

“ δύλους τε ὑπεστηρίχθαι φησὶν οἷον στρόφιγγας· καὶ
“ τὴν μὲν ἡδονὴν ἀνθρώποις εἶναι κακῶν δέλεαρ,
“ γλῶσσαν δὲ γεύσεως δοκίμιον· ἄναμμα δὲ τῶν
“ φλεβῶν τὴν καρδίαν, καὶ πηγὴν τοῦ περιφερομένου
“ σφοδρῶς αἵματος, εἰς τὴν δορυφορικὴν οἴκησιν κα-
“ τατεταγμένην· τὰς δὲ διαδρομὰς τῶν πόρων ὀνο-
“ μάζει στενωπούς· τῇ δὲ πηδήσει τῆς καρδίας ἐν τῇ
“ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ, καὶ τῇ τοῦ θυμοῦ ἐπεγέρ-
“ σει, ἐπειδὴ διάπυρος ἦν, ἐπικουρίαν μηχανώμε-
“ νοι, φησὶ, τὴν τοῦ πλεύμονος ἰδέαν ἐνεφύτευσαν,
“ μαλακὴν καὶ ἄναιμον καὶ σήραγγας ἐντὸς ἔχουσαν,
“ οἷον μάλαγμα· ἵν᾽, ὁ θυμὸς ὁπότ᾽ ἐν αὐτῇ
“ ζέσῃ, πηδῶσα εἰς ὑπεῖκον μὴ λυμαίνηται· καὶ τὴν

“ μὲν

pud Platonem: vox μεταξὺ duo post se substantiva usitatè habet.

L. 2. Κακῶν δέλεαρ] MSti Par. Ambr. & Vat. 2. necnon Edit. prima habent κακὸν δέλεαρ: rectiùs fortasse; sed κακῶν est apud Platonem.

L. 3. Ἄναμμα δὲ τῶν φλεβῶν τὴν καρδίαν] Ita Editio prima & MSti Par. Ambr. & Vat. duo. Vulgò ἅμμα.

L. 4. Τοῦ περιφερομένου σφοδρῶς] Ita Editio pr. & MSti Par. & Vat. 3. deletis istis verbis, quæ à Manutio proferuntur in Erratis suis, non in Textu, κατὰ πάντα τὰ μέλη.

L. 7. Τῇ δὲ πηδήσει &c.] Claudianus de 4. Consul. Honorii v. 239.

Quippe Opifex, veritus confundere sacra profanis,
Distribuit partes animæ, sedesque removit.
Iram sanguinei regio sub pectore cordis
Protegit imbutam flammis, avidamque nocendi,
Præcipitemque sui: Rabie succincta tumescit,
Contrahitur tepefacta metu, cunnque omnia secum
Duceret, & requiem membris vicina negaret,
Invenit pulmonis opem, madidumque furenti
Præbuit, ut tumidæ ruerent in mollia fibræ. Tollius.

L. 8. Ἐπεγέρσει] Hæc est lectio Edit. primæ, & MStorum Par. El. Ambr. & Vat. 3. Vulgò ἐγέρσει.

L. 10.

“ ſuppoſitas eſſe velut cardines; & voluptatem
“ hominibus eſſe eſcam malorum, linguamque
“ ſaporis indicem; cor verò eſſe nodum vena-
“ rum fontemque ſanguinis vehementi impetu
“ circumfluentis, quod in benè cuſtoditâ ſta-
“ tione collocatum eſt: & meatuum tranſitus
“ appellat angiportus: dicitque, quòd *Dii* mo-
“ lientes auxilium ſubſultationi cordis, (*quæ*
“ *fit*, dum expectantur mala, iraque concita-
“ tur, poſtquam excanduit), *corpori* pulmonem
“ inſeruerunt mollem & exanguem, & *quaſi*
“ ſpongiarum foramina intus habentem, quale
“ eſt malagma; ut *cor*, cum ira in eo ferveat,
“ in id quod cedit ſubſultans non lædatur: Et
“ ſedem

L. 10. Φησὶ]. Tollius rectè vidit legendum eſſe φησὶ, quamvis MSti & Edit. veteres habent φασὶ: non enim hæc vox reſpicit ad μηχανώμενοι, ſed ad ipſum Platonem, & occurrit mox φησὶ bis.

Ibid. Τὴν τοῦ πλεύμονος ἰδέαν &c.] i. e. pulmonem: ſic enim (dicit Faber) loqui ſolitus eſt Plato, ut ἰδέαν & τόπος alicujus rei pro re ipsâ poneret: ſic ἥπατος ἰδέαν pro hepate ipſo; ſed exempla apud ipſum innumera invenias: Adde etiam, quòd (notante Tollio) his & ſequentibus ſimilia ſunt illa, quæ Cicero Metaphoricè dicit in Nat. Deorum l. 2. c. 55. *In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima.*

L. 12. Ὁποῖον μάλαγμα] Ita Edit. prima & MSti Par. El. Ambr. & Vat. duo: Vulgò οἷον αἷμα μαλακὸν: Vox μάλαγμα ſignificat corpora mollia, quæ ad eludendos tormentorum ictus ante muros opponuntur, ut dicit Langbænius: ſed Fabro hæc vox potius videtur ſignificare id, quod ferendis oneribus ſubſternimus, ne duritiâ ſuâ, aut aſperitate, & prominentiâ angulorum, humeros aut caput lædant.

Ibid. Ἐν αὐτῷ ζέον] Ita Editio pr. & MSti Par. Ambr. El. & Vat. duo; rectè etiam

poſt

“ μὲν τῶν ἐπιθυμιῶν οἴκησιν προσεῖπεν ὡς γυναι-
“ κωνῖτιν, τὴν τοῦ θυμοῦ δὲ ὥσπερ ἀνδρωνῖτιν· τόν γε
“ μὴν σπλῆνα τῶν ἐντὸς μαγειρεῖον, ὅθεν πληρού-
“ μενος τῶν ἀποκαθαιρομένων μέγας καὶ ὕπουλος
“ αὔξεται· μετὰ δὲ ταῦτα σαρξὶ πάντα (φησὶ) κατεσ-
“ κίασαν, προβολὴν τῶν ἔξωθεν τὴν σάρκα, οἷον τὰ
“ πιλήματα, προθέμενοι· νομὴν δὲ σαρκῶν ἔφη τὸ
“ αἷμα· τῆς δὲ τροφῆς ἕνεκα, φησὶ, διωχέτευσαν τὸ
“ σῶμα, τέμνοντες ὥσπερ ἐν κήποις ὀχετοὺς, ὡς ἔκ
“ τινος νάματος ἐπιόντος, ἀραιοῦ ὄντος αὐλῶνος
“ τοῦ σώματος, τὰ τῶν φλεβῶν ῥέοι νάματα· ἡνί-
“ κα δὲ ἡ τελευτὴ παραστῇ, λύεσθαι φησὶ τὰ τῆς ψυ-
“ χῆς, οἱονεὶ νεὼς, πείσματα, μεθεῖσθαί τε αὐτὴν
“ ἐλευθέραν.” Ταῦτα καὶ τὰ παραπλήσια μυρί'
ἄττα

post ζέσῃ addit Faber πηδῶσα, extat enim hæc vox in MStis Par. & Vat. 2. Vulgò ἐν αὐτῇ ἀκμαζούσῃ, εἰς ὕπεικον.

L. 3. Μαγειρεῖον] Doctissimi viri Dacierus & Tollius censent legendum esse ἐκμαγεῖον *tersorium*; hæc enim vox legitur in Platone: & MStus Vat. 2. habet in textu, Vat. 3. verò in margine, μαγεῖον· sed nihil mutandum arbitror, cum omnes Editiones, omnesque, exceptis supradictis, MSti habeant μαγειρεῖον. Credo Longinum hic Platonem falsò citâsse; neque enim (si benè memini) Longinus in longiori sententiâ Scriptoris allius verba accuratè citavit.

L. 5. Πάντα (φησὶ) κατεσκίασαν, προβολὴν τῶν ἔξωθεν τὴν σάρκα, οἷον τὰ πιλήματα, προθέμενοι] Ita Editio pr. & MSti Par. Ambr. El. & Vat. duo; nisi quod MS. Par. habet οἶσιν, & duo Vat. φύσιν. & Ambr. φύσι. Imò hæc lectio in Manutii Editione occurrit, quamvis in Erratis ad finem libri notatis eam, quæ nunc vulgata est, lectionem proferat. πάντα αὐτὰ (φησὶ) κατεσκίασαν ἄνωθεν, τὴν δὲ σάρκα προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμάτων, οἷον τὰ πιλητὰ ἔσεσθαι κτήματα, σώμασι μαλακῶς καὶ πρᾴως ὑπείκουσαν. Verisimile esse arbitror, cum invenisse id, quod

" ſedem cupiditatum appellavit quaſi conclave " feminarum, ſedem verò iræ quaſi conclave " virorum; & lienem culinam eorum, quæ in" tus ſunt, unde, cum adimpleatur purgamen" tis, magnus & molliter tumidus augetur: " poſt hæc autem, inquit, *Dii* carnibus omnia " texerunt, præponentes *iis* carnem, velut faſ" cias, *ut ſit* munimentum contra ea, quæ ex" tra ſunt: ſanguinem verò appellavit pabu" lum carnium: alimentique causâ, inquit, *Dii* " rivulos per corpus duxerunt, canales *ibi* tan" quam in hortis ſecantes, ut ex flumine quo" dam perenni, cum ſit meatus corporis an" guſtus, latices venarum fluant: cum verò " mors appropinquet, dicit ſolvi animæ, non " ſecus ac navis, rudentes, eamque liberam di" mitti." Eadem & ſimilia innumera ſunt in iis,

quod ediderit, in ſuo MSto, locumque poſteà ex conjecturâ & ex Platone mutâſſe. Ego ſanè tot Codicum auctoritatem ſequor, qui mihi videntur genuina Longini verba ſervare, ſi excipias illud τὰ πηδήματα, pro quo legendum velim τὰ πεδήματα, *vincula* à πέδη; vel τ' ἐπιδήματα *faſcia* à verbo ἐπιδέω derivatum.

L. 9. Ὡς ἐκ τινος νάματος ——— ῥέοι νάματα] Ita omnes libri ſcripti & impreſſi, niſi quod Manutius edidit ῥέων: Inſeruit ὡς ante αὐλῶνος ex conjecturâ Tollius: ſed quandam maculam adhuc his verbis hærere cenſeo.

L. 12. Λύεσθαι φησὶ τὰ τῆς ψυχῆς &c.] Non minus Sublimi Metaphorâ uſus eſt Cicero, cum mortem ſic exprimeret in Somnio Scipionis. *Imò verò ii vivunt, qui ex corporum vinculis, tanquam ex carcere, evolaverunt;* & in Tuſc. Diſp. l. 1. c. 20. *Cum, quo natura fert, liber animus pervenerit.*

ἄπλα ἐστὶν ἑξῆς· ἀπόχρη δὲ τὰ δεδηλωμένα, ὡς μεγάλαι τὴν φύσιν εἰσὶν αἱ τροπικαὶ, καὶ ὡς ὑψηλοποιὸν αἱ μεταφοραὶ, καὶ ὅτι οἱ παθητικοὶ καὶ φραστικοὶ κατὰ τὸ πλεῖστον αὐταῖς χαίρουσι τόποι. Ὅτι μέντοι καὶ ἡ χρῆσις τῶν τρόπων, ὥσπερ τ' ἄλλα πάντα καλὰ ἐν λόγοις, προαγωγὸν ἀεὶ πρὸς τὸ ἄμετρον, δῆλον ἤδη, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω. Ἐπὶ γὰρ τούτοις καὶ τὸν Πλάτωνα οὐχ ἥκιστα διασύρουσι, πολλάκις, ὥσπερ ὑπὸ βακχείας τινὸς τῶν λόγων, εἰς ἀκράτους καὶ ἀπηνεῖς μεταφορὰς καὶ εἰς ἀλληγορικὸν στόμφον ἐκφερόμενον. "Οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἐπινοεῖν, φησὶν, ὅτι πόλιν εἶναι δεῖ δίκην κρατῆρος κεκραμένην; οὗ μαινόμενος μὲν οἶνος ἐγκεχυμένος ζεῖ, κολαζόμενος δ' ὑπὸ νήφοντος ἑτέρου θεοῦ, καλὴν κοινωνίαν λαβὼν, ἀγαθὸν πόμα καὶ μέτριον ἀπεργάζεται." "Νήφοντα" γὰρ, φασὶ, "θεὸν" τὸ

ὕδωρ

L. 1. Ἀπόχρη δὲ τὰ δεδηλωμένα, ὡς &c.] Ita Editio prima & MSti Par. Ambr. & Vat. duo, qui omnes omittunt vulgata illa verba ὥστε δόξαι: fortasse igitur pro τὰ δεδηλωμένα, legendum est τάδε δηλούμενα, ut sit participium mediæ vocis: activè enim, non passivè significanti verbo hîc opus est.

L. 2. Αἱ τροπικαὶ] Ita Editio pr. & MSti Par. Ambr. ut vox λέξεις subintelligatur, quo modo in initio hujus Sect. ἐνταῦθα τῷ πλήθει τῶν τροπικῶν &c.

L. 4. Φραστικοὶ] Ita MSti Par. & Vat. 3. ut in Sect. 12. habemus καὶ τοῖς φραστικοῖς ἅπασι καὶ ἐπιδεικτικοῖς. Vulgò ἐκφραστικοί. Hâc, quam ex Platone paulò ante adduxit Longinus, non inferior est illa Allegoria sive Metaphorarum continuatio, quæ in Psalmo 80. v. 8, &c. occurrit: ubi de populo Judæo sic sub Metaphorâ vitis dicitur, *Eduxisti vitem ex Ægypto, expulisti gentes, ut eam plantares: Locum illi parâsti, fecistique ut ageret radicem, & implevit terram: Opperiebantur montes umbrâ ejus, & palmites ejus*

erant

iis, quæ ſequuntur: hæc verò ſufficiunt oſtendentia, quòd naturâ grandes ſunt tropicæ *dictiones*, & quòd Metaphoræ Sublimitatem efficiunt, quòdque illi loci, qui affectus & narrationes *in ſe* habent, ut plurimum iis gaudent. Jam apparet (etiamſi ego de hoc taceo) uſum Troporum, quemadmodum alia omnia pulchra in orationibus, ſemper ſolere provehere *ſcriptores* ad id, quod nimis eſt. In his enim etiam Platonem *homines* non minimè reprehendunt, quippe qui ſæpe, veluti quâdam bacchatione verborum, abripitur in immodicas duraſque Metaphoras, & in Allegoricum tumorem. " An- " non (inquit) facile intelligi poteſt, civitatem " temperatam eſſe oportere inſtar poculi? in " quo vinum, *Deus ille* furens, infuſum fer- " vet; caſtigatum verò ab alio Deo, qui ſo- " brius eſt, pulchramque iniens *cum eo* ſocieta- " tem, bonum moderatumque potum exhibet:" Appellare enim, inquiunt, aquam " ſobrium " Deum,".

erant inſtar cedrorum maximarum: Emittebat ramos ſuos uſque ad mare, & teneros ſuos ramos uſque ad flumen: Cur nunc perrupiſti ſepes ejus, adeò ut carpant ejus fructus omnes viatores? Vaſtat eam aper ſylveſtris, & agreſtis fera depaſcit.

L. 9. Εἰς ἀκεράτυς &c.] Vide quæ ex Dion. Halicarn. citavi ad p. 156. in Notis.

L. 11. Οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἐπινοεῖν] Habent Editio pr. & MSti Par. El. Ambr. duoque Vat. ἐπινοεῖν, non ἐννοεῖν: ſi notam Interrogationis poſt verbum κεκερασμένην ponamus, non opus erit, ut cum Tollio legamus mox φασὶν pro φησὶν. Hæc ſunt verba Platonis in l. 6. de Legibus p. 773. Edit. Par.

L. 2.

ὕδωρ λέγειν, "κόλασιν" δὲ τὴν κρᾶσιν, ποιητοῦ τινος τῷ ὄντι οὐχὶ νήφοντός ἐστι. Τοῖς τοιούτοις ἐλαττώμασιν ἐπιχειρῶν, ὅμως αὐτὸ ὁ Κεκίλιος, ἐν τοῖς ὑπὲρ Λυσίου συγγράμμασιν, ἀπεθάῤῥησε τῷ παντὶ Λυσίαν ἀμείνω Πλάτωνος ἀποφήνασθαι, δυσὶ πάθεσι χρησάμενος ἀκρίτοις· φιλῶν γὰρ τὸν Λυσίαν, ὡς οὐδ' αὐτὸς αὐτὸν, ὅμως μᾶλλον μισεῖ τῷ παντὶ Πλάτωνα, ἢ Λυσίαν φιλεῖ. Πλὴν οὗτος μὲν ὑπὸ φιλονεικίας· οὐδὲ τὰ θέματα ὁμολογούμενα, καθάπερ ᾠήθη· ὡς γὰρ ἀναμάρτητον καὶ καθαρὸν τὸν ῥήτορα προφέρει πολλαχῇ διημαρτημένου τοῦ Πλάτωνος· τὸ δ' ἦν ἄρα οὐχὶ τοιοῦτον, οὐδὲ ὀλίγου δεῖν.

Φέρε

L. 2. Τοῖς τοιούτοις ἐλαττώμασιν ἐπιχειρῶν, ὅμως αὐτὸ ὁ Κεκίλιος] Edidi lectionem MS. Par. habent etiam Vat. duo ἐπιχειρῶν, & Editio pr. αὐτὸ, vice Manutianæ lectionis —— ἐπιχειρεῖν. Ὅμως αὐτόθεν &c. nihil aliud ipse feci, quàm ut mutarem modum interpungendi sententiam; Latina mea versio sensum loci satis, opinor, explicat: notetur insuper αὐτὸ significare id, quod sequitur, sc. Platoni præferendum esse Lysiam: Nec aliter Noster loquitur in Sect. 2. p. 12. αὐτὸ, τὸ εἶναί τινα τῶν ἐν λόγοις ἐπὶ μόνῃ τῇ φύσει &c.

Ibid. Ἐλαττώμασιν] Vox ἐλάττωμα significat omne orationis vitium, quod ex humili & minuto animo videtur provenire; vel generaliùs omne id, quod defectus sive vitium est in scriptis.

L. 4. Λυσίου] Lysias fuit celebris orator Atheniensis, qui tenui magis quàm Sublimi dicendi genere valuit: de illo habemus judicium Ciceronis in lib. de Cl. Orat. *Tum fuit Lysias, ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregiè subtilis scriptor atque elegans; quem jam propè audeas oratorem perfectum dicere.——quanquam in Lysiâ sæpe sunt etiam lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius: verùm est sæpe genere toto strigosior.* Itemque Quinctiliani Inst. Or. l. 10. c. 1. qui sic dicit: *His ætate Lysias major, subtilis atque elegans, & quo nihil, si oratori satis sit docere, quæras perfectius: nihil enim inane, nihil arcessitum; puro tamen fonti, quàm magno flumini, propior.*

L. 8. Ὑπὸ φιλονεικίας] Post hoc verbum vox ἐσφάλη Tol-

lio

"Deum," & commixtionem "castigationem," est poëtæ cujusdam reverà non sobrii: hujusmodi tamen defectibus *Platonis* Cecilius *quasi* manum injiciens, hoc, in suis de Lysiâ commentariis ausus est, *nempe* declarare Lysiam omnino meliorem esse *scriptorem* Platone, duobus usus affectibus judicio carentibus; amans enim Lysiam, quantum nec ipse se, tamen omnino magis odio habet Platonem, quàm amat Lysiam. Sed hic *vir* præ contentionis studio *hoc declaravit*; neque ea, quæ ponit, sunt concessa, quemadmodum putavit: præfert enim illum Rhetorem Platoni, ac si ille vitio careret, purusque esset scriptor, hic autem sæpius in vitium incideret: hoc verò non, imò ne penè, hujusmodi fuit.

Age

lio videtur excidisse: benè tamen subintelligere hic possumus voces τῦτ' ἀπεθήνατο, nam vox ἀποφήνασθαι paulò ante præcessit.

L. 9. Οὐδὲ τὰ θέματα ὁμολογούμενα] Sic se habent MSti Par. & Vat. 2. in Edit. verò Robort. legitur ὐδὲ τὰ θεάματα * ὁμολογούμενα, quasi deesset aliquid, ego verò, si quid desit, legendum censeo ὐδὲ τὰ θέματα αὐτῦ ὁμολογούμενα: Vox θέματα significat ea, quæ ab ipso, tanquam vera, sunt posita: duo autem sunt, quæ posuit Cecilius: unum, Scriptorem omnino vitiis carentem præferri semper oportere scriptori vitia quædam in suis scriptis habenti; alterum verò, Lysiam omnino vitiis carere: primum illud, quod ponit Cecilius, refutat Longinus in Sect. 33, & 34. hoc autem posterius negat in Sect. 35. Monendus est etiam Lector Longinum hic ab instituto sermone latiùs digredi, & de reliquis Tropis non ante Sect. 36. dicere.

L. 12. Τὸ δ' ἐῶ &c.] i. e. hoc autem quàm longissimè à veritate abest.

Sect. XXXIII.

Φέρε δὴ λάβωμεν τῷ ὄντι καθαρόν τινα συγγραφέα καὶ ἀνέγκλητον. Ἆρ' οὐκ ἄξιον ἔτι διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ τούτου καθολικῶς, πότερόν ποτε κρεῖττον ἐν ποιήμασι καὶ λόγοις, μέγεθος ἐν ἐνίοις διημαρτημένοις, ἢ τὸ σύμμετρον μὲν ἐν τοῖς κατορθώμασιν, ὑγιὲς δὲ πάντῃ καὶ ἀδιάπτωτον; Καὶ ἔτι, νὴ Δία, πότερόν ποτε αἱ πλείους ἀρεταὶ τὸ πρωτεῖον ἐν λόγοις, ἢ αἱ μείζους δικαίως ἂν φέροιντο; Ἔστι γὰρ ταῦτ' οἰκεῖα τοῖς περὶ ὕψους σκέμματα, καὶ ἐπικρίσεως ἐξ ἅπαντος δεόμενα. Ἐγὼ δ' οἶδα μὲν, ὡς αἱ ὑπερμεγέθεις φύσεις ἥκιστα καθαραὶ, (τὸ γὰρ ἐν παντὶ ἀκριβὲς κίνδυνος σμικρότητος), ἐν δὲ τοῖς μεγέθεσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄγαν πλούτοις, εἶναί τι χρὴ καὶ παρολιγωρούμενον. Μήποτε δὲ τοῦτο καὶ ἀναγκαῖον ᾖ, τὸ τὰς μὲν ταπεινὰς καὶ μέσας φύσεις, διὰ τὸ μηδαμῆ παρακινδυνεύειν, μηδὲ ἐφίεσθαι

τῶν

L. 4. Ἐν ἐνίοις διημαρτημένοις] Ita Edit. prima & MSti Par. El. Ambr. & Vat. 3. Vulgò διημαρτημένον.

L. 11. Αἱ ὑπερμεγέθεις φύσεις] Sic MSti Par. & Vat. 2. nisi quòd hic habet φύσεως: MS. verò Vat. 3. habet αἱ μεγέθεις φύσεις. Prorsus eadem locutio occurrit in Sect. 44. ὑψηλαὶ δὲ λίαν καὶ ὑπερμεγέθεις ——— οὐκέτι γίνονται φύσεις. Manutius edidit αἱ ὑπερβολαὶ μεγέθους φύσει ἥκιστα; &c. sed minus sanum (opinor) sensum hæc lectio exhibet.

Ibid. Ἥκιστα καθαραὶ] Præclara in hanc sententiam (ut ait Tollius) Plinii junioris epistola legitur l. 9. ep. 26. *Dixi* (inquit) *de quodam oratore nostri seculi, recto quidem & sano, sed parum grandi & ornato, ut opinor, aptè:* " *Nihil peccat, nisi* " *quod nihil peccat:*" *Debet enim orator erigi, attolli, interdum etiam effervescere, efferri, ac sæpe accedere ad præceps* &c. Nec dissentit Quinctil. Inst. Or. l. 10. c. 1. *Neque id statim* (inquiens) *legenti persuasum sit omnia, quæ magni auctores dixerint, utique esse perfecta: nam & labuntur*

Scripta Sublimia, quæ aliquando peccant, potiora esse iis, quæ omni vitio carent, sed non sunt Sublimia.

Age dum, sumamus aliquem scriptorem reverà purum & inculpatum: Nonne operæ pretium est de hoc ipso in genere quærere, utrum præstantior in poëmatibus & *solutis* scriptis sit, Sublimitas inter quædam, quæ male se habent; an id quidem, quod mediocre est in iis, quæ rectè se habent, sanum verò omnino & vitio carens? Et prætereà hercule, utrum plures virtutes in scriptis, an majores jure primas ferant? hæ enim sunt propriæ Sublimitati disquisitiones, quæque judicium omnino requirant. Equidem non ignoro, valdè Sublimia ingenia minimè esse pura, (nam id, quod ubique accuratum est, in periculum humilitatis venit); & oportere in iis, quæ Sublimia sunt, velut in magnis opibus, ut sit aliquid, quod negligatur: *Vide* autem, ne hoc etiam necessarium sit, humilia & mediocria ingenia, quia nunquam periculum subeant neque summa affectent, permanere

buntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum voluptati; nec semper intendunt animum, & nonnunquam fatigantur: cùm Ciceroni dormitare interim Demosthenes, Horatio verò etiam Homerus ipse videatur.

Ibid. Τὸ γὸ ἐν παντὶ &c.] Idem dicit Cicero in Partitionibus, *Minuta est omnis diligentia.* Tollius.

L. 12. Ἐν δὲ τοῖς μεγέθεσιν, &c.] Quinctil. Inst. Or. l. 8. c. 3. *Hæc enim sc.* ταυτολογία (inquit,) *quanquam non magnopere summis auctoribus vitata, interim vitium videri potest: in quod sæpe incidit etiam Cicero, securus tam parvæ observationis, sicut hoc loco,* "Non "solùm igitur illud judicium "judicii simile, judices, non "fuit" &c.

τῶν ἄκρων, ἀναμαρτήτους ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἀσφαλεστέρας διαμένειν· τὰ δὲ μεγάλα ἐπισφαλῆ δι' αὐτὸ γίνεσθαι τὸ μέγεθος. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοῶ τὸ δεύτερον, ὅτι φύσει πάντα τὰ ἀνθρώπεια ἀπὸ τοῦ χείρονος ἀεὶ μᾶλλον ἐπιγινώσκεται, καὶ τῶν μὲν ἁμαρτημάτων ἀνεξάλειπτος ἡ μνήμη παραμένει, τῶν καλῶν δὲ ταχέως ἀποῤῥεῖ. Παρατεθειμένος δ' οὐκ ὀλίγα καὶ αὐτὸς ἁμαρτήματα καὶ Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι μέγιστοι, καὶ ἥκιστα τοῖς πταίσμασιν ἀρεσκόμενος, (ὅμως δὲ οὐχ ἁμαρτήματα μᾶλλον αὐτὰ ἑκούσια καλῶν, ἢ παροράματα δι' ἀμέλειαν, εἰκῆ που καὶ ὡς ἔτυχεν, ὑπὸ μεγαλοφυΐας ἀνεπιστάτως παρενηνεγμένα), οὐδὲν ἧττον οἶμαι τὰς μείζονας ἀρετάς, εἰ καὶ μὴ ἐν πᾶσι διομαλίζοιεν, τὴν τοῦ πρωτείου ψῆφον μᾶλλον ἀεὶ φέρεσθαι, κἂν εἰ μὴ δι' ἑνὸς ἑτέρου, τῆς μεγαλοφροσύνης αὐτῆς ἕνεκα. Ἐπείτοι γε καὶ ἄπτωτος ὁ Ἀπολλώνιος ὁ τῶν Ἀργοναυτικῶν

L. 5. Ἀπὸ τοῦ χείρονος &c.] His, quæ rectè vidit Longinus, similia sunt ea, quæ Cicero dicit de Orat. l. 1. c. 25. *Adest ferè nemo, quin acutiùs atque acriùs vitia in dicente, quàm recta, videat:* itemque illa, quæ Idem ibi dicit in c. 28. *Nihil est tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quàm id, in quo aliquid offenderis.*

L. 11. Παροράματα δι' ἀμέλειαν &c.] De ejusmodi lapsibus subintelligendus est hic Longinus, ad quos, cum in summis Auctoribus eos invenimus, pulchritudine & Sublimitate totius operis percussi non solemus attendere: hinc est, ut tales maculæ orationis non solùm Iis inter scribendum, sed plerumque Nobis etiam inter legendum fiant παροράματα: Et in hoc numero ponendum esse censeo illud Virgilii in Æn. l. 9. v. 215.

Absenti ferat inferias——.

Itemque illud in Æn. l. 3. v. 383.

Longa procul longis via dividit invia terris.

Ubi

manere plerumque vitio carentia & *aliis* tutiora; magna verò ingenia periculis expoſita eſſe propter eam ipſam, *quam habent*, Sublimitatem. Enimverò neque illud ſecundum ignoro, naturaliter omnia humana *opera* ex eo, quod in iis eſt pejus, ſemper potiùs cognoſci; memoriamque vitiorum non delendam permanere, virtutum verò celeriter excidere: Ego autem, qui & ipſe notavi non pauca vitia & Homeri & aliorum, quotquot ſunt optimi *ſcriptores*, quique minimè lætor lapſibus *in dicendo*, (ſed tamen qui non potius illa appello vitia voluntaria quàm neglectiones ex incuriâ, temerè quidem & ut accidit, ab animi magnitudine inconſideratè in medium prolatas); *Ego, inquam, qui hâc ſententiâ ſum*, nihilominus cenſeo majores virtutes (etſi non ubique ſint æquales) ſemper potiùs primas tenere, ſi non propter *ullam* aliam rem unam, *tamen* propter ipſam Sublimitatem. Quia etiam vitio caret Apollonius

Ubi concurſus ſimilium ſonorum & verborum faceret, ut ab his faſtidio quodam abalienaremur, niſi Horatiana illa regula vera eſſet & ubique ſervanda,

—Ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura—.

L. 14. Ἀρετὰς] Omnes MSti & Edit. vet. habent *αἰτίας*: ſed Petra rectè vidit legendum eſſe *ἀρετὰς*; nec aliter in initio hujus Sect. Longinus dixerat, *πότερον ποτὲ αἱ πλείους ἀρεταὶ τὸ πρωτεῖον ἐν λόγοις, ἢ αἱ μείζους δικαίως ἂν φέροιντο*.

L. ult. Ἀπολλώνιος] Apollonius fuit Alexandriæ natus, ſed

γοναυτικῶν ποιητὴς, (κἂν τοῖς βουκολικοῖς, πλὴν ὀλίγων τῶν ἔξωθεν, ὁ Θεόκριτος ἐπιτυχέστατος), ἆρ' οὖν Ὅμηρος ἂν μᾶλλον, ἢ Ἀπολλώνιος ἐθέλοις γενέσθαι; Τί δ'; Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ (διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον τὸ ποιημάτιον) Ἀρχιλόχου, πολλὰ καὶ ἀνοικονόμητα παρασύροντος, κἀκεῖνα τῆς ἐκβολῆς τοῦ δαιμονίου πνεύματος ὁρμῇ, ὑπὸ νόμον τάξαι δύσκολον, ἆρα δὴ μείζων πο
τής; Τί δ'; ἐν μέλεσι μᾶλλον ἂν εἶνα
χυλίδης ἕλοιο, ἢ Πίνδαρος; καὶ ἐν

ſed appellatus Rhodius, quia Rhodi degeret: diſcipulus fuit Callimachi, & Eratoſthenis ſucceſſor in præfecturâ Bibliothecæ Ptolemaïcæ: ſcripſit Argonautica, quæ extant: de hoc Poetâ ita judicat Quinctil. Inſt. Orat. l. 10. c. 1. *non contemnendum edidit opus æquali quadam mediocritate.*

L. 2. Θεόκειτος] Poëta elegans, qui *musâ* (ut cum Fabio loquar) *ruſticâ & paſtorali* uſus eſt: ejus opera vulgò hodie vocantur *Idyllia*, ſed à Longino hîc appellantur *Bucolica*, quæ (ut monet Langbænius) eorum olim fuit inſcriptio: Imò Theocritum ipſum βουκόλου nomine à veteribus citatum eſſe probat Heinſius loco è Pindari Scholiis adducto; uti & è Servii ad Virg. commentariis notat veteres agnoviſſe decem tantum *Bucolica* Theocriti: quæ plerumque verſibus conſtant

Bucolicis, i. e. ver
docet Langbæni
Gr. lib. & Probo
in quartâ regione
lum finientem p
exemplo ſit ill
v. 2.

Ἅ ποτὶ τ πα
ται· ἁδὺ

L. 3. Ἆρ'
μᾶλλον &c.] T
viti eſſe,

di
go
to d
rent
legen
fiant,
tentia.

L. 4.
thenes C
poëtæ diſc

scriptor, (& in Buco-
unt alterius argumenti
felicissimus), annon
àm Apollonius? Quid
in Erigone (per om-
inculpatum) est ma-
hus, qui multa etiam
præposterè trahit, eo-
qui non facile le-
Lyricis malis
s? & in Tra-
gœdiâ

ria illi Julis fuit,
æ insulæ; scripsit
qui Dei cujusdam
em continent: Ju-
ator ejus carmini-
ctatus fuit, ut in-
cepta vivendi pe-
Pindaricis præ-
ensuit Hiero Sy-
cio sanè contra-
ic de eâdem re
us.

] Si quis hunc
rit, festinet ex
m ejus Oda-
uerit, scire;
ud omnia
omen ob-
uos com-
Pindarici
it Quinc-
) *lyrico-*
eps, spi-
tiis, fi-
borum-
quo

γοναυτικῶν ποιητὴς, (κἀν τοῖς βουκολικοῖς, πλὴν ὀλίγων τῶν ἔξωθεν, ὁ Θεόκριτος ἐπιτυχέστατος), ἆρ' οὖν Ὅμηρος ἂν μᾶλλον, ἢ Ἀπολλώνιος ἐθέλοις γενέσθαι; Τί δέ; Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ (διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον τὸ ποιημάτιον) Ἀρχιλόχου, πολλὰ καὶ ἀνοικονόμητα παρασύροντος, κἀκεῖνα τῆς ἐκβολῆς τοῦ δαιμονίου πνεύματος ὁρμῇ, ἣν ὑπὸ νόμον τάξαι δύσκολον, ἆρα δὴ μείζων ποιητής; Τί δ'; ἐν μέλεσι μᾶλλον ἂν εἶναι Βακχυλίδης ἕλοιο, ἢ Πίνδαρος; καὶ ἐν τραγῳδίᾳ Ἴων

sed appellatus Rhodius, quia Rhodi degeret: discipulus fuit Callimachi, & Eratosthenis successor in præfecturâ Bibliothecæ Ptolemaïcæ: scripsit Argonautica, quæ extant: de hoc Poetâ ita judicat Quinctil. Inst. Orat. l. 10. c. 1. *non contemnendum edidit opus æquali quadam mediocritate.*

L. 2. Θεόκειτος] Poëta elegans, qui *musâ* (ut cum Fabio loquar) *rusticâ & pastorali* usus est: ejus opera vulgò hodie vocantur *Idyllia*, sed à Longino hîc appellantur *Bucolica*, quæ (ut monet Langbænius) eorum olim fuit inscriptio: Imò Theocritum ipsum βουκόλου nomine à veteribus citatum esse probat Heinsius loco è Pindari Scholiis adducto; uti & è Servii ad Virg. commentariis notat veteres agnovisse decem tantum *Bucolica* Theocriti: quæ plerumque versibus constant *Bucolicis*, i. e. versibus, qui (ut docet Langbænius ex Diomed. Gr. lib. & Probo in Virg. Buc.) *in quartâ regione habent dactylum finientem partem orationis*: exemplo sit illud in Idyll. 1. v. 2.

Ἁ πoτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται· ἀδὺ δὲ καὶ τὺ &c.

L. 3. Ἆρ' οὖν Ὅμηρος ἂν μᾶλλον &c.] Tollius sentit hîc vitium esse, putatque scriptum quondam à Longino ἆρ' οὖν Θεόκειτος ἂν μᾶλλον, ἢ Ἀπολλώνιος ἐθέλοις γενέσθαι, ἢ Ὅμηρος; sed nimis ille à Codicum vet. lectione recedit: Ego sanè ista, quæ de Theocrito dicuntur, dicta esse per Parenthesin censeo, & pro ἆρ' οὖν legendum esse ἆρ' οὐχ: quæ si fiant, rectè satis procedet sententia.

L. 4. Ἐρατοσθένης] Eratosthenes Cyrenæus Callimachi poëtæ discipulus: inter cætera poëtica

nius ille Argonauticorum ſcriptor, (& in Bucolicis *ſuis*, paucis quæ ſunt alterius argumenti exceptis, Theocritus eſt feliciſſimus), annon malis fuiſſe Homerus, quàm Apollonius? Quid vero? num Eratoſthenes in Erigone (per omnia enim illud poëma eſt inculpatum) eſt major poëta, quàm Archilochus, qui multa etiam nullum ordinem habentia præpoſterè trahit, eoque impetu divini ſpiritûs, qui non facile legibus ſubjicitur? Quid vero? in Lyricis malis eſſe Bacchylides, quàm Pindarus? & in Tragœdiâ

poëtica ſcripſit *Erigonem*: fuitque ante Apollonium Ptolemaïcæ in Alexandriâ bibliothecæ præfectus.

L. 5. Ἀρχιλόχου] Vide Not. ad p. 73. cui adde quod de illo dicit Quinct. Inſt. Or. l. 10. c. 1. *Summa in hoc vis elocutionis, cum valida, tum breves vibranteſque ſententia, plurimum ſanguinis atque nervorum, adeò ut videatur quibuſdam, quòd quoquam minor eſt, materia eſſe, non ingenii virium.*

L. 6. Κᾀκεῖνα τῆς ἐκβολῆς τοῦ δαιμονίου πνεύματος ὁρμῇ, ἣν &c.] Cum MSti Ambr. & Vat. 3. & Edit. pr. habent *κᾀκείνῃ*; & MSti Par. & Vat. duo cum Manutio non habent ὁρμῇ, malim legere *κᾀκείνῃ τῇ ἐκβολῇ τοῦ δαιμονίου πνεύματος, ἣν* &c.

L. 9. Βακχυλίδης] Poëta Græcus, Lyrico carmine præcipuus: patria illi Julis fuit, oppidum Ceæ inſulæ; ſcripſit Apodemicos, qui Dei cujuſdam peregrinationem continent: Julianus Imperator ejus carminibus adeò delectatus fuit, ut inde dicitur præcepta vivendi petiiſſe: imò ea Pindaricis præferenda eſſe cenſuit Hiero Syracuſanus, judicio ſanè contrario ei, quod hîc de eâdem re profert Longinus.

10. Πίνδαρος] Si quis hunc poëtam non nôrit, feſtinet ex lectione Sublimium ejus Odarum, qui & qualis fuerit, ſcire; neque enim ſolùm apud omnia ſecula clariſſimum nomen obtinuit, ſed & verſus, quos compoſuit, Lyrici ab eo *Pindarici* vocantur. *Novem* (inquit Quinctil. Inſt. Or. l. 10. c. 1.) *lyricorum longè Pindarus princeps, ſpiritûs magnificentiâ, ſententiis, figuris, beatiſſimâ rerum verborum*que

Ἴων ὁ Χῖος, ἢ νὴ Δία Σοφοκλῆς; ἐπειδὴ οἱ μὲν ἀδιάπτωτοι, καὶ ἐν τῷ γλαφυρῷ πάντη κεκαλλιγραφημένοι· ὁ δὲ Πίνδαρος καὶ ὁ Σοφοκλῆς ὁτὲ μὲν οἷον πάντα ἐπιφλέγουσι τῇ φορᾷ, σβέννυνται δ' ἀλόγως πολλάκις, καὶ πίπτουσιν ἀτυχέστατα· ἢ οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν ἑνὸς δράματος τοῦ Οἰδίποδος εἰς ταυτὸ συνθεὶς τὰ Ἴωνος ἀντιτιμήσαιτο ἑξῆς.

Sect. XXXIV. Εἰ δ' ἀριθμῷ, μὴ τῷ ἀληθεῖ, κρίνοιτο τὰ κατορθώματα, οὕτως ἂν καὶ Ὑπερίδης τῷ παντὶ προέχοι Δημοσθένους. Ἔστι γὰρ αὐτοῦ πολυφωνότερος, καὶ πλείους ἀρετὰς ἔχων, καὶ σχεδὸν ὕπακρος ἐν πᾶσιν, ὡς ὁ Πένταθλος, ὥστε τῶν μὲν πρωτείων ἐν ἅπασι τῶν ἄλλων ἀγωνιστῶν λείπεσθαι, πρωτεύειν δὲ τῶν ἰδιωτῶν.

quæ copiâ, & velut quodam eloquentiæ flumine: propter quæ Horatius eum meritò credidit nemini imitabilem.

L. 1. Ἴων ὁ Χῖος] Poëta Dithyrambicus, qui, præter Odas, dicitur quadraginta fabulas scripsisse: ab Aristophane vocatur ἀοῖος ἀστὴρ *Sydus Eoum,* quia dum scriberet Odam, quæ his vocibus inceperit, fato concessit.

L. 6. Οἰδίποδος] Hæc est maximè celebris Sophoclis fabula, quam omnium ferè gentium Poëtæ sibi imitandam sumpserunt.

L. 7. Ἑξῆς] Tollius censet legendum ἐξ ἴσης.

L. 8. Μὴ τῷ ἀληθεῖ] Nescio quid significet τὸ ἀληθὲς τῶν κατορθωμάτων: legendum quidem censeo μὴ τῷ μεγέθει, sic enim loquitur Longinus in Sect. sequenti, οὐ γὰρ μεγέθει τῶν ἀρετῶν, ἀλλὰ καὶ τῷ πλήθει πολὺ λειπόμενος &c. & in præced. Sect. ad quam hîc respicit, quæstionem hanc explicandam proposuerat, πότερόν ποτε αἱ πλείους ἀρεταὶ τὸ πρωτεῖον ἐν λόγοις, ἢ αἱ μείζους δικαίως ἂν φέροιντο: adde, quòd in hâc ipsâ Sect. dicit τὰ μὲν θατέρου καλὰ —— ὅμως ἀμεγέθη &c. de magnitudine igitur virtutum in oratione, non de veritate, Longinus hîc agere videtur.

L. 12. Ὡς ὁ Πένταθλος] Apud veteres Græcos quinque erant præcipua certaminis genera, jactus disci, cursus, saltus, jaculatio, & luctatio: in uno-

gœdiâ Ion Chius, quàm mehercule Sophocles? quia illi quidem (*sc. Bacchylides & Ion*) vitio carent, & in florido *dicendi genere* ubique sunt elegantes: Pindarus autem & Sophocles nonnunquam omnia impetu quasi incendunt, sæpe verò sine ratione extinguuntur, caduntque infelicissime; nemo quidem, qui sapit, in unum colligens *fabulas* Ionis, ex æquo *eas* æstimârit contra unam fabulam *Sophoclis*, Oedipum.

Ad quæstionem præcedentem explicandam virtutes Demosthenis & Hyperidis comparantur.

Si verò numero, non veritate, judicentur benè scripta, hoc modo etiam Hyperides omnino excelleret Demosthenem. Est enim *Hyperides* magis, quàm ille, sonorus, & plures virtutes habet, & ferè summo proximus est in omnibus, tanquam *aliquis* Quinquertio; adeò ut inferior est aliis certatoribus, qui primas tenent *singuli* in

singulis

unoquoque genere singuli excellere conabantur; nonnulli verò in omnibus his simul generibus clari esse voluerunt, hique Πένταθλοι vocabantur: & his semper ferè accidit, ut iis, qui se ad unum certaminis genus exercebant, in eo genere inferiores essent: Huc facit ille Platonis locus (ut notat Faber) in dialogo, qui ἐρασταὶ, ἢ περὶ φιλοσοφίας inscribitur, Δοκεῖς μοι λέγειν, οἷον ἐν τῇ ἀγωνίᾳ εἰσὶν οἱ Πένταθλοι πρὸς τοὺς δρομέας, ἢ πελταστάς· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τούτων μὲν λείπονται κατὰ τὰ τούτων ἄθλα, καὶ δεύτεροί εἰσι πρὸς τούτους· τῶν δ' ἄλλων ἀθλητῶν πρῶτοι, καὶ νικῶσιν αὐτούς. *Videris tales dicere, quales sunt Pentathli, cum cursoribus; vel peltastis comparati: etenim illi ab his in unoquoque ipsorum certamine vincuntur, & secundum locum post hos tenent; reliquorum verò athletarum primi sunt, eosque vincunt*: additque Faber, lectorem posse ex citato Platonis loco facilè videre, qui sint illi, qui paulò infrà vocantur ἰδιῶται.

Ibid. Ὥσπερ τῶν μὲν πρωτείων —λείπεσθαι, πρωτεύειν τῶν &c.] Ita Edit. prima & MSti Par. Ambr.

ἰδιωτῶν. Ὁ μὲν γὰρ Ὑπερείδης πρὸς τῷ πάντα, ἔξω γε τῆς συνθέσεως, μιμεῖσθαι τὰ Δημοσθένεια κατορθώματα, καὶ τὰς Λυσιακὰς ἐκ περιττοῦ περιείληφεν ἀρετάς τε καὶ χάριτας. Καὶ γὰρ μαλακίζεται, ἀφελείας ἔνθα χρὴ, καὶ οὐ πάντα ἑξῆς καὶ μονοτόνως (ὡς ὁ Δημοσθένης) λέγει, τό τε ἠθικὸν ἔχει μετὰ γλυκύτητος ἡδὺ, λιτῶς ἐφηδυνόμενον· ἄφατοί τε περὶ αὐτόν εἰσιν ἀστεϊσμοὶ, μυκτὴρ πολιτικώτατος, εὐγένεια, τὸ κατὰ τὰς εἰρωνείας εὐπάλαιστρον, σκώμματα οὐκ ἄμουσα, οὐδ' ἀνάγωγα (κατὰ τοὺς Ἀττικοὺς ἐκείνους), ἀλλ' ἐπικείμενα, διασυρμός τε ἐπιδέξιος, καὶ πολὺ τὸ κωμικὸν, καὶ μετὰ παιδιᾶς εὔστοχον κέντρον, ἀμίμητον δὲ (εἰπεῖν) τὸ ἐν πᾶσι τούτοις ἐπαφρόδιτον· οἰκτίσασθαί τε προσφυέστατος, ἔτι δὲ μυθολο-

γῆσαι

Ambr. & Vat. 3. ut hæc verba non de illo Pentathlo, sed de Hyperide ipso dicantur. Vulgò ὃς γε τῶν μὲν πρωτείων —— λείπεται, πρωτεύει δὲ &c.

L. 4. Μαλακίζεται, ἀφελείας ἔνθα χρὴ] Ita edidit Manutius ex conjecturâ, opinor: sed Editio prima & MS. Ambros. habent λακώματα ἀφελείας &c. MSti verò Par. & Vat. duo λαλήματα ἀφελείας; legendum fortasse λαλεῖ, vel (notante Tollio) λαλεῖ μετ' ἀφελείας, ἔνθα χρὴ: ita enim habemus λαλῆς pro λέγῃς in Sect. 26. ὡς πρὸς μόνον τινὰ λαλῆς.

L. 8. Μυκτὴρ πολιτικώτατος] De vocum harum sensu vide quæ dicit Quinctil. Instit. Or. lib. 8. cap. 6. *Adjicitur his* μυκτηρισμὸς *simulatus quidem, sed non latens derisus:* naso verò cum plerumque hic derisus notari soleat, hinc *nasus Atticus* apud Senecam in Suasoriâ primâ occurrit pro derisu urbano, eleganti, qualique Attici uti solebant.

L. 10. Ἀνάγωγα κατὰ τοὺς &c.] Tollius conjicit legendum ἀνάγωγα, ἀλλὰ κατὰ τοὺς Ἀττικοὺς ἐκείνους ἐπικείμενα; non enim (ait ille) Atticorum illius ævi dicta insulsa erant & inepta, sed aculeata & venusta: sed vulgatam lectionem retinui, vertique ita ut voces illæ κατὰ τοὺς Ἀττικοὺς ἐκείνους non refer-

ſingulis *generibus*, ſuperior verò eſt iis, qui in eodem, quo ille, genere *certatores* ſunt. Hyperides enim imitationi omnium Demoſthenicarum virtutum (exceptâ compoſitione) etiam Lyſiæ virtutes gratiaſque copiosè adjunxit: etenim mollis eſt, ubi remiſſione opus eſt, neque omnia ſeriatim & unâ ſpiritûs intentione (ut Demoſthenes) dicit, habetque moratum *dicendi genus* cum ſuavitate jucundum, leniter dulcedine conditum: & innumeræ ſunt in illo urbanitates, naſus maximè forenſis, feſtivitas liberalis, victrix in ironiis facilitas, joci non illepidi, & minimè inepti (quales apud illos Atticos *ſolebant eſſe*), ſed *rei* inhærentes, felixque Diaſyrmus, & multa vis Comica, aculeuſque cum joco ſcopum benè attingente, & non imitabilis (ut ita dicam) venuſtas in his omnibus: ad miſericordiam movendam naturâ aptus eſt maximè; item in fabulis narrandis fuſus, ſumméque

referrentur ad verbum *ἀνάγωγα* ſolum, ſed ad verba *οὐδ' ἀνάγωγα*. Audi Ciceronem in Oratore dicentem, *quicquid eſt ſalſum aut ſalubre in oratione id proprium Atticorum eſt: è quibus tamen non omnes faceti: Lyſias ſatis, & Hyperides* &c.

L. 11. Διασυρμὸς] Diaſyrmus eſt (apud Longinum) figura, quâ Orator ea, quæ ab adverſariis objiciuntur, extenuando refutat: quæ hujus figuræ definitio benè convenit cum iis, quæ dicuntur in Sect. 38. *διασυρμὸς ταπεινότητος ἐστὶν αὔξησις*.

L. 13. Εἰπεῖν] MS. El. habet *ὡς εἰπεῖν*: ſed apud optimos Scriptores *ὡς* ſæpius omitti ſolet: ita etiam in Sect. 44. legimus *τὸ δ' ἀληθέστερον εἰπεῖν*, pro *ὡς εἰπεῖν*.

L. 14. Οἰκτίσασθαί τε] Ita MSti Par. & Vat. 2. Vulgò *ποτε* pro *τε*.

L. 1,

γῆσαι κεχυμένος, καὶ ἐν ὑγρῷ πνεύματι διεξοδεῦσαι ἔτι εὐκαμπὴς ἄκρως, ὥσπερ (ἀμέλει) τὰ μὲν περὶ τὴν Λητὼ ποιητικώτερα, τὸν δ' Ἐπιτάφιον ἐπιδεικτικῶς, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος, διέθετο. Ὁ δὲ Δημοσθένης ἀνηθοποίητος, ἀδιάχυτος, ἥκιστα ὑγρὸς, ἢ ἐπιδεικτικὸς, ἁπάντων ἑξῆς τῶν προειρημένων κατὰ τὸ πλέον ἄμοιρος. Ἔνθα μέντοι γελοῖος εἶναι βιάζεται καὶ ἀστεῖος, οὐ γέλωτα κινεῖ μᾶλλον, ἢ καταγελᾶται· ὅταν δὲ ἐγγίζειν θέλῃ τοῦ ἐπίχαρις εἶναι, τότε πλέον ἀφίσταται· τὸ γέ τοι περὶ Φρυγίνης ἢ Ἀθηνογένους λογίδιον ἐπιχειρήσας γράφειν, ἔτι μᾶλλον ἂν Ὑπερίδην συνέστησεν. Ἀλλ' ἐπειδήπερ, οἶμαι, τὰ μὲν θατέρου καλὰ, καὶ εἰ πολλὰ, ὅμως

L. 1. Ἐν ὑγρῷ πνεύματι] Cum ea, quæ humida sunt, faciliùs flecti possunt, voces ὑγρὸν πνεῦμα videntur hîc significare istiusmodi animum, qui se facilè in diversas partes trajicit, quique ab aliâ re ad aliam (ut postulat occasio) in dicendo sine labore transit.

L. 2. Τὰ μὲν περὶ τὴν Λητὼ] Unde isthuc? ex *Deliaco* Hyperidis: Hermogenes enim in l. 1, περὶ ἰδεῶν dicit, ἐπεὶ τὰ ἐν Δηλιακῷ Ὑπερίδου ποιητικῶς μᾶλλον καὶ μυθικῶς εἴρηται. Faber.

L. 7. Ἔνθα μέντοι γελοῖος &c.] Hermogenes in lib. περὶ μεθόδου δεινότητος dicit, τούτοις πᾶσι (sc. modis ad vim Comicam ducentibus) χρῆται Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου, ἔνθεν δηλοῦται ὅτι κωμῳδεῖν ἐπίσταται: Sed de illâ unâ Oratione puta hæc dicta esse: nam de Demosthenis scriptis in genere idem, quod hîc Longinus, dicit Quinctil. Inst. Or. l. 10. c. 1. cùm comparat Demosthenem & Ciceronem, *Salibus certè & commiseratione (qui duo plurimùm affectus valent) vincimus*: & l. 6. c. 3, *Nec videri potest noluisse Demosthenes, cujus pauca admodum dicta, nec sanè cæteris ejus virtutibus respondentia, palam ostendunt non displicuisse illi jocos, sed non contigisse.*

L. 10. Τὸ γέ τοι περὶ Φρυγίνης —— συνέστησεν] Hæc addidi, secutus MStos Par. Ambr. & Vat. utrumque; quibus conveniunt MStus Dudithii & Edi-

tio

que flexilis ad digrediendum cum molli *facili-que* ſpiritu, quomodo (exempli gratiâ) illa, quæ poëticè potiùs ſunt de Latonâ dicta, orationemque Funebrem, ut neſcio an quivis alius, cum oſtentatione compoſuit. Demoſthenes verò in effingendis moribus *hominum* infelix *eſt*, parum fuſum dicendi genus habet, minimè flexilis eſt vel oſtentationem præ ſe ferens, omnium denique anteà dictorum plerumque eſt expers. Ubi quidem vi conatur riſu & urbanitate plenus eſſe, non potiùs riſum movet, quàm deridetur; quum verò velit ad feſtivitatem propè accedere, tunc ab eâ longiùs abeſt: ſi oratiunculam ille (*ſc. Demoſthenes*) de Phryne vel de Athenogene ſcribendam ſuſcepiſſet, multò magis Hyperidem inſignem videri feciſſet. Sed quoniam alterius *ſc. Hyperidis* virtutes, etſi multæ, tamen Sublimitate

tio pr. niſi quod pro Φρυγίνς habet ille Φρυγὸς, hæc verò Φρυγίας: Cl. Schurzfl. tamen ſententiæ accedo, qui cenſet legendum Φρυώνς: Senſus videtur hic eſſe: Si Demoſthenes conatus eſſet ſcribere orationem de Phryne, aut de Athenogene (de quibus duas ſcripſit Hyperides orationes celeberrimas plenaſque earum dicendi virtutum, quibus caruit Demoſthenes), inferior eſſet in iis, quàm Hyperides, & notum omnibus feciſſet, quantum emineret Hyperides, quámque ipſe ad illud orationis genus naturâ non factus eſſet. Phryne illa fuit meretrix Theſpiaca, tantâ pulchritudine, ut ad ejus ſimilitudinem ſimulacra Veneris per univerſam Græciam fingerentur: tandem accuſata impietatis, defenſa in judicio fuit ab Hyperide, oratione non minus eleganti pulchrâque quàm illa ipſa eſſet, quam defenderat: Oratoris igitur ope abſoluta eſt. Porrò altera ejuſdem oratio, de Athenogene, quanquam, (ut & prior illa) non extet, tamen à veteribus non mediocriter laudatur.

L. 1.

ὅμως ἀμεγέθη καὶ καρδίῃ νήφοντος ἀργά, καὶ τὸν ἀκρατὴν ἠρεμεῖν ἐῶντα, (οὐδεὶς γοῦν Ὑπερίδην ἀναγινώσκων φοβεῖται)· ὁ δὲ ἔνθεν ἑλὼν τοῦ μεγαλοφυεστάτου καὶ ἐπ' ἄκρον ἀρετὰς συντετελεσμένας, ὑψηγορίας τόνον, ἔμψυχα πάθη, περιουσίαν, ἀγχίνοιαν, τάχος, ἔνθεν δ', ὃ κύριον, τὴν ἅπασιν ἀπρόσιτον δεινότητα καὶ δύναμιν· ἐπειδὴ ταῦτα, φημί, ὡς θεόπεμπτά τινα δωρήματα, (οὐ γὰρ εἰπεῖν θεμιτὸν ἀνθρώπινα), ἀθρόα ἐς ἑαυτὸν ἔσπασε, διὰ τοῦτο οἷς ἔχει καλοῖς ἅπαντας ἀεὶ νικᾷ, καὶ ὑπὲρ ὧν οὐκ ἔχει, ὡσπερεὶ καταβροντᾷ καὶ καταφέγγει τοὺς ἀπ' αἰῶνος ῥήτορας·

L. 1. Ὅμως ἀμεγέθη καὶ καρδίῃ νήφοντος ἀργὰ] MSti Par. Ambrosʃ. & Vat. 3. omittunt καὶ, habetque Edit. prima ὅμως ἀμεγέθη * καρδίῃ νήφοντος ἀργά: Forsitan sic locus emendandus est, ὅμως ἀμεγέθη καρδίην νήφοντος ἔργα: ita enim in Sect. 38. occurrit, τὰ ἐγγὺς ἐκστάσεως ἔργα: verba καρδίην νήφοντος idem valent quod νήφοντος κατὰ τὴν καρδίαν, *sobrii corde*. Hæc phrasis opponitur τῷ ἐνθουσιᾷν sive *divino quodam furore afflari*: quod in Demosthene cæterisque Sublimibus auctoribus Longinus toties laudat.

L. 3. Φοβεῖται] Vide quæ dixi in Notâ ad pag. 68.

Ibid. Ἔνθεν ἑλὼν τοῦ μεγαλοφυεστάτου] Ita omnes MSti; pro quo edidit Manutius ἔνθεν λαβὼν τὸν τοῦ &c. ut istud τὸν referretur ad sequentem vocem τόνον; unde ordo verborum esset, ἑλὼν τὸν τόνον τοῦ μεγαλοφυεστάτου, καὶ ὑψηγοείας συντετελησμένας ἐπ' ἄκρον ἀρετὰς &c. Ubi vides, Lector, συντετελεσμένας & ἀρετὰς Doricè dici pro συντετελεσμένης & ἀρετῆς: Quod mihi (fateor) vix ferri posse videtur, cum nec Doricè scripserit Longinus, nec usquam alibi eâ Dialecto usus fuerit. Forsitan totus locus sic est legendus, Ἔνθεν ἑλὼν τὸ μεγαλοφυέστατον, καὶ ἐπ' ἄκρον ἀρετὰς συντετελεσμένας, ὑψηγοείας τόνον, &c. τὸ μεγαλοφυέστατον substantivè accipitur (eodem modo, quo τὸ ὑπερτεταμένον de quo vide Notas in Sect. 12. p. 82.) & voces ἀρετὰς ἐπ' ἄκρον συντετελεσμένας significant *virtutes dicendi ad fastigium perductas*, vel *summè elaboratas*: Ita legimus apud Dion. Hal. de Struct. O-

mitate careant, ejusque sint, qui (*ut in proverbio est*) corde sobrius est, & ignavæ sunt, permittuntque auditorem quietum esse; (quippe nemo Hyperidem legens commovetur): Hic verò *sc. Demosthenes*, hinc sumens animi magnitudinem, virtutesque ad fastigium perductas, *nempe* Grandiloquentiæ tonum, affectus animatos, abundantiam, versutiam, celeritatem; illinc autem (id quod huic proprium est) vehementiam, & vim *dicendi* tantam, quantam nemo consequi potest; Quoniam hæc, inquam, velut quædam divinitùs missa dona (neque enim fas est ea appellare humana), confertim ad se attraxerit, propterea iis virtutibus, quas habet, omnes semper vincit, & quod ad eas attinet, quas non habet, quasi tonitru fulgoreque percellit omnes omnis seculi Rhetoras; & faciliùs

rat. Sect. 24. *ἁρμονίαις εἰς ἄκρον διαπεποίκιλται*: & apud Nostrum in Sect. 44. *πιθαναὶ ἐπ' ἄκρον φύσεις*.

L. 5. Ἀγχίνοιαν] Tollius explicat hanc vocem per *versutiam*, citatque illud Ciceronis in lib. 3. de Nat. Deorum, *Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur*: sed fortasse possumus rectiùs vocem *ἀγχίνοιαν*, cum derivatur ab *ἄγχι* & *νοῦς*, reddere cum Budæo *præsentiam animi*: à Laërtio definitur, *Naturalis facultas inveniendi aut excogitandi quid deceat fieri*.

L. 6. Ἀπρόσιτον δεινότητα] Hinc scripsit Dion. Halicarn. libellum περὶ τῆς τοῦ Δημοσθένους δεινότητος.

L. 10. Καὶ ὑπὲρ ὧν οὐκ ἔχει &c.] Sensus est: Virtutes scribendi Demosthenicæ adeò magnæ sunt, ut fulgore suo omnes illas, quibus ipse caret, cæterique auctores utuntur, virtutes quasi obscurent & opprimant.

L. 11. Ὡσπερεὶ] Faber benè dicit delendam esse vulgatam vocem καὶ ante ὡσπερεί; quæ videtur nata fuisse ex ultimâ syllabâ præcedentis ἔχει.

L. 4.

ῥήτορας· καὶ θᾶττον ἄν τις κεραυνοῖς φερομένοις ἀντανοῖξαι τὰ ὄμματα δύναιτο, ἢ ἀντοφθαλμῆσαι τοῖς ἐπαλλήλοις ἐκείνου πάθεσιν.

Sect. XXXV. Ἐπὶ μέντοι τοῦ Πλάτωνος καὶ ἄλλη τίς ἐστιν, ὡς ἔφην, διαφορά· οὐ γὰρ μεγέθει τῶν ἀρετῶν, ἀλλὰ καὶ τῷ πλήθει πολὺ λειπόμενος ὁ Λυσίας· ὁ μὲν πλεῖον ἔτι τοῖς ἁμαρτήμασι περιττεύει, ἢ ταῖς ἀρεταῖς λείπεται. Τί ποτ' οὖν εἶδον οἱ ἰσόθεοι ἐκεῖνοι, καὶ τῶν μεγίστων ἐπορεξάμενοι τῆς συγγραφῆς, τῆς δ' ἐν ἅπασιν ἀκριβείας ὑπερφρονήσαντες; Πρὸς πολλοῖς ἄλλοις ἐκεῖνο· ὅτι ἡ φύσις οὐ ταπεινὸν ἡμᾶς ζῶον, οὐδ' ἀγεννὲς ἔκρινε τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ὡς εἰς μεγάλην τινὰ πανήγυριν, εἰς τὸν βίον καὶ εἰς τὸν σύμπαντα κόσμον ἐπάγουσα, θεατάς τινας τῶν ὅλων αὐτῆς ἐσομένους, καὶ φιλοτιμοτάτους ἀγωνιστάς, εὐθὺς ἄμαχον ἔρωτα ἐνέφυσεν ἡμῶν ταῖς ψυχαῖς παντὸς ἀεὶ τοῦ μεγάλου, καὶ ὡς

L. 4. Ὡς ἔφην] Vide, quæ dixit Noster in fine Sect. 32.

L. 6. Λειπόμενος ὁ Λυσίας] Editio prima & MSti Par. Ambros. & duo Vat. habent λειπόμενος ἀπουσίας: corruptus est locus, sed fortasse sic emendandus, λειπόμενος αὐτοῦ (sc. Platone) Λυσίας: ita enim loquitur Longinus Sect. 4. Λακεδαιμόνιοι πολὺ τοῦ Ἰσοκράτους ἐλείποντο, & alibi: vel (si placet) lege, λειπόμενος ἀπ' αὐτοῦ Λυσίας.

Ibid. Ὁ μὲν πλεῖον ἔτι] Sic Editio prima & omnes MSti, deleto καὶ antè ὁ & insertò μὲν: MS. tamen Par. (errore, ut arbitror) habet πλεῖστον.

L. 9. Τῆς συγγραφῆς] MS. El. in margine habet συγγραφεῖς.

L. 11. Οὐ ταπεινὸν ἡμᾶς ζῶον] Opinor vocem ἡμᾶς hinc ejici, & paulò infrà post vocem βίον inseri debere: quid enim hic faciunt, junctæ propè, voces ἡμᾶς & ἄνθρωπον, quarum una sensui satis est? totum locum sic emendare velim; ἡ φύσις οὐ ταπεινὸν ζῶον, οὐδ' ἀγεννὲς ἔκρινε τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ'

liùs quis possit oculos *suos* contra fulmina immissa aperire, quàm rectis oculis intueri sibi instantes ejus affectus.

De Platone verò alia quædam est, ut dixi, differentia *inter eum & Lysiam:* cum enim non propter magnitudinem virtutum *solùm*, sed & numerum multùm inferior *illo* sit Lysias, hic quidem magis vitiis eum superat, quàm virtutibus ab eo vincitur. Quid igitur viderunt divini illi & affectantes maximè Sublimia in scriptis, negligentes verò accuratam in omnibus diligentiam? Hoc inter multa alia, *nempe* quòd Natura statuit Hominem esse animal neque humile neque ignobile; sed, velut in magnum quendam conventum, in vitam nos & in universum *terrarum* orbem inducens, ut essemus spectatores omnium ejus *sc. naturæ* partium, & cupidissimi honoris certatores, statim nostris animis insevit inexpugnabilem amorem omnis ejus quod

Platonem pauciora quàm Lysiam, vitia habere; & maxima magis, quàm communia, admirationi esse.

ἀλλ', ὡς εἰς μεγάλλω τινὰ πανήγυειν, εἰς τὸ βίον ἡμᾶς καὶ εἰς τὸ σύμπαντα κόσμον ἐπάγυσα, θεατάς τινας τῶν ὅλων αὐτῆς ἐσομένες &c. vide quæ de vocibus, ad distantiam propè duarum linearum, remotis ex suo loco in alienum diximus in Emendat. ad Sect. 4. τὶ δεῖ &c.

L. 13. Πανήγυειν] Hoc videtur Longinus sumpsisse ex eo, quod dixerat Pythagoras, quodque his verbis profert Cicero in Tusc. Disp. l. 5. c. 3. *Similem sibi videri vitam hominum & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate* &c.

L. ult. Παντὸς ἀεὶ &c.] Adverbium ἀεὶ vel redundat hîc, vel ex suo loco in alium transfertur 1. & ita apud Longinum legimus

ὡς πρὸς ἡμᾶς δαιμονιωτέρου. Διόπερ τῇ θεωρίᾳ καὶ διανοίᾳ τῆς ἀνθρωπίνης ἐπιβολῆς οὐδ' ὁ σύμπας κόσμος ἀρκεῖ, ἀλλὰ καὶ τοὺς τοῦ περιέχοντος πολλάκις ὅρους ἐκβαίνουσιν αἱ ἐπίνοιαι· καὶ εἴ τις περιβλέψαιτο ἐν κύκλῳ τὸν βίον, ὅς πλέον ἔχει τὸ περιττὸν ἐν πᾶσι καὶ μέγα καὶ καλὸν, ταχέως εἴσεται πρὸς ἃ γεγόναμεν. Ἔνθεν φυσικῶς πως ἀγόμενοι μὰ Δί' οὐ τὰ μικρὰ ῥεῖθρα θαυμάζομεν, εἰ καὶ διαυγῆ καὶ χρήσιμα· ἀλλὰ τὸν Νεῖλον, καὶ Ἴστρον, ἢ Ῥῆνον, πολὺ δ' ἔτι μᾶλλον τὸν Ὠκεανόν· οὐδέ γε τὸ ὑφ' ἡμῶν τουτὶ φλογίον ἀνακαιόμενον, ἐπεὶ καθαρὸν σώζει τὸ φέγγος, ἐκπληττόμεθα τῶν οὐρανίων μᾶλλον, καίτοι πολλάκις ἐπισκοτουμένων· οὐδὲ τῶν τῆς Αἴτνης κρατήρων ἀξιοθαυμαστότερον νομίζομεν, ἧς αἱ ἀναχοαὶ πέτρους τε

legimus in Sect. 44. ἴδιον ἀνθρώπου, τὸ καταμέμφεσθαι τὰ ἀεὶ παρόντα, & alibi: Addit Schurzfl. idem, quod nos in Longino observamus, notâsse Jos. Scaligerum in Dione Cassio ad Propertium p. 203.

L. 1. Τῇ θεωρίᾳ] Simile est (notante Tollio) quod Seneca de otio Sapientis c. 32. dicit, *cogitatio nostra cœli munimenta perrumpit, nec contenta est id, quod ostenditur, scire. Illud* (inquit) *scrutor, quod ultrà mundum jacet.*

L. 6. Καὶ μέγα καὶ καλὸν] MS. Vat. 3. postremis duabus vocibus auctior est quàm Editio Manutii: habet enim καὶ μέγαν καὶ καλὸν, unde Tollius legendum censuit καὶ τὸ μέγα τοῦ καλοῦ: MS. Par. habet καὶ μέγα καὶ καλὸν (vitiosè pro καλὸν): Lego igitur καὶ μέγα καὶ καλὸν: nè verò credas hîc opus esse Genitivo casu, ut Tollio videtur, vide quæ dixi in Emendat. ad verba πλέον ἄνθρωπος ἔχει &c. Sect. 10. p. 70.

L. 8. Εἰ καὶ διαυγῆ] Ita ex Emendatione Fabri, quam (ut ait Tollius) confirmat vet. codex: sed omnes (quos vidi) MSti & Editiones veteres habent ἢ καὶ.

L. 9. Ἴστρον] i. e. Danubium, longè maximum Germaniæ fluvium; cui autem proximus est quoad magnitudinem in eadem Germaniâ Rhenus.

quod ſemper magnum eſt, quodque, ut ad nos *refertur*, divinius eſt. Quocirca ne totus mundus ſufficit contemplationi agitationique humanæ jaculationis *mentis*, ſed cogitationes tranſgrediuntur ſæpè limites *omnis* ejus quod nos ambit: & ſi quis contempletur undequaque vitam, quæ in omnibus rebus magis eo abundat, quod excellens eſt & magnum & pulchrum, citò cognoſcet quas ad res nati fuimus: Inde naturâ ducti mehercule non admiramur parvos rivulos, etiam ſi pellucidi utileſque ſint; ſed Nilum, & Iſtrum, aut Rhenum, imò multò etiam magis Oceanum: neque admiramur hunc ignem à nobis accenſum, quia puram *ſine intermiſſione* ſervat lucem, magis quàm cœleſtes *ignes*, quamvis ſæpe obſcuratos: neque *hunc ignem* digniorem admiratione cenſemus quàm

Crateras

L. 12. Οὐρανίων] Sc. Solem, & Lunam, quibus ſæpius accidit luminis defectus, ex eo quòd aliquando Eclipſes (ut vocant Aſtronomi) patiuntur, vel quód nubibus eorum lux à noſtris oculis ſæpius eripitur.

Ibid. Καίτοι] Ita Editio prima & MSti Par. & Vat. 2. lectioque ſe ſatis probat. Vulgò καὶ τὸ &c.

L. 13. Τῶν τῆς Αἴτνης κρατήρων] In monte Ætnâ (uti & in Veſuvio) ea montis pars, unde evomuntur ignis cinereſque, appellatur etiam hodie *crater*: quia cava eſt, & ad ſummum (poculi inſtar) aliquanto latior: unde illud Laertii l. 8. de Pythagorâ (notante Langbænio), qui in crateras hoſce ſe præcipitem dedit,

Πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθανάτων.

Ignem bibiſti ex crateribus ſempiternis.

L. ult. Ἧς αἱ ἀναχοαὶ &c.] Hæc, & quæ ſequuntur, verba videntur deſumpta eſſe ex ignoto aliquo (Poëtico forſitan) ſcriptore;

τε ἐκ βυθοῦ καὶ ὅλους ὄχθους ἀναφέρουσι, καὶ ποταμοὺς ἐνίοτε τοῦ γηΐνου ἐκείνου καὶ αὐτοῦ μόνου προχέουσι πυρός. Ἀλλ' ἐπὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐκεῖν' ἂν εἴποιμεν· ὡς εὐπόριστον μὲν ἀνθρώποις τὸ χρειῶδες, ἢ καὶ ἀναγκαῖον, θαυμαστὸν δ' ὅμως ἀεὶ τὸ παράδοξον.

Sect. XXXVI. Οὐκοῦν ἐπί γε τῶν ἐν λόγοις μεγαλοφυῶν (ἐφ' ὧν οὐκέτ' ἔξω τῆς χρείας καὶ ὠφελείας πίπτει τὸ μέγεθος) προσήκει συνθεωρεῖν αὐτόθεν· ὅτι τοῦ ἀναμαρτήτου πολὺ ἀφεστῶτες οἱ τηλικοῦτοι, ὅμως πάντες εἰσὶν ἐπάνω τοῦ θνητοῦ, καὶ τὰ μὲν ἄλλα τοὺς χρωμένους ἀνθρώπους ἐλέγχει, τὸ δ' ὕψος ἐγγὺς αἴρει μεγαλοφροσύνης θεοῦ, καὶ τὸ μὲν ἄπταιστον οὐ ψέγεται, τὸ μέγα δὲ καὶ θαυμάζεται. Τί χρὴ πρὸς τούτοις ἔτι λέγειν; ὡς ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ἕκαστος ἅπαντα

scriptore: Ætnæ ardentis descriptionem continent, per omnia similem illi, quæ occurrit in Virg. Æn. l. 3. v. 571.

----Horrificis juxta tonat Ætna ruinis,
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo & candente favillâ;
Attollitque globos flammarum, & sidera lambit:
Interdum scopulos avulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat.

Ubi Ætna dicitur eodem modo, quo apud Longinum, *interdum saxa & scopulos* effundere; interdum verò *solùm ignem & globos flammarum*.

L. 1. Ποτάμους ἐνίοτε &c.] Faber delenda censet verba τοῦ γηΐνους ἐκείνου καὶ αὐτοῦ, vel potius legendum ποτάμους θείου (Sulphuris), ἐνίοτε καὶ αὐτοῦ μόνου &c. Vitiosa quidem est vulgata lectio; sed cum non variant Editiones & MSti, nihil certi, quod de hoc loco statuam, habeo.

L. 7. Ἐφ' ὧν οὐκέτ' ἔξω &c.] Longinus dixerat in præced. Sect. homines solere imprimis admirari

Crateras Ætnæ, cujus fauces emittunt ſaxaque ex fundo & totos ſcopulos, & effundunt fluvios nonnunquam ejus generis, & ipſius ſolius ignis. Sed de omnibus hujuſmodi rebus poſſumus hoc dicere; id, quod utile eſt, vel etiam neceſſarium, facile acquiſitum eſſe ab hominibus; tamen id, quod præter expectationem videtur, ſemper eſſe admirationi.

Ergo de iis, qui in ſcriptis naturâ Sublimes ſunt (in quos Sublimitas cadit non ſine utilitate & commodo), oportet hîc conſiderare; licet hujuſmodi homines longe abſint à perfectione vitio carente, tamen illos omnino eſſe ſuprà id, quod mortale eſt; & alia quidem oſtendere eos, qui iis utuntur, Homines eſſe, Sublimitatem verò tollere prope ad altitudinem Dei; & id, quod culpâ vacat, non vituperari; id verò, quod Sublime eſt, etiam admirationi eſſe. Quid eſt, quod oportet jam his addere? *nempe* quòd unuſquiſque

Idem de Sublimi in ſcriptis dicendum eſſe.

admirari Solem & Lunam, quamvis ſæpius obſcurentur; itemque ardentem Ætnam, licet ex ſuis faucibus nocituram emittat flammam: hîc verò, cum ad Sublimes auctores redeat, innuit Sublimitatem magis admirationi eſſe oportere, quia non inutilis res ſit, ſed per eam tum ipſis auctoribus, tum aliis multa commoda importari ſoleant.

L. 10. Ὅμως πάντες εἰσὶν ἐπάνω τοῦ θνητοῦ] Tollius pro πάντες legit πάντως: ſi quâ opus eſt Emendatione, legerem potiùs παντὸς: vide quæ dixi in Notâ ad verba παντὸς ἐπάνω τοῦ ἀκροωμένου καθίσταται Sect. 1. p. 7.

L. ult. Ἕκαστος] Ita MStus Par. ut Faber conjecit legendum, & quidem constructio

 ſen-

πάντα τὰ σφάλματα ἑνὶ ἐξωνεῖται πολλάκις ὕψει, καὶ κατορθώματι· καὶ, τὸ κυριώτατον, ὡς εἴ τις ἐκλέξας τὰ Ὁμήρου, τὰ Δημοσθένους, τὰ Πλάτωνος, τὰ τῶν ἄλλων, ὅσοι δὴ μέγιστοι, παραπτώματα πάντα ὁμόσε συναθροίσειεν, ἐλάχιστον ἄν τι, μᾶλλον δ' οὐδὲ πολλοστημόριον ἂν εὑρεθείη τῶν ἐκείνοις τοῖς ἥρωσι πάντη κατορθουμένων. Διὰ ταῦθ' ὁ πᾶς αὐτοῖς αἰὼν καὶ βίος, οὐ δυνάμενος ὑπὸ τοῦ φθόνου παρανοίας ἁλῶναι, φέρων ἀπέδωκε τὰ νικητήρια, καὶ ἄχρι νῦν ἀναφαίρετα φυλάττει, καὶ ἔοικε τηρήσειν,

Ἔς τ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ.

Πρὸς μέντοι γε τὸ γράφοντα, ὡς ὁ Κολοσσὸς ὁ ἡμαρτημένος οὐ κρείττων ἢ ὁ Πολυκλείτου Δορυφόρος, παράκειται πρὸς πολλοῖς εἰπεῖν· ὅτι ἐπὶ μὲν τέχνης θαυμάζεται τὸ ἀκριβέστατον, ἐπὶ δὲ τῶν φυσικῶν ἔργων τὸ μέγεθος. Φύσει δὲ λογικὸν ὁ ἄνθρωπος· κἀπὶ μὲν ἀνδριάντων ζητεῖται τὸ ὅμοιον ἀνθρώπῳ, ἐπὶ

ſententiæ reſpuit Manutianum illud ἑκας.ν.

L. 1. Ἐξωνεῖται] Ita utuntur Latini auctores verbo *redimere*: Juvenalis enim dicit Sat. 4. v. 2.

—— Monſtrum nullâ virtute redemptum
A vitiis ——

i. e. quod nullas virtutes habet, quibus vitia ſua compenſet.

L. 11. Ἔς τ' ἂν ὕδωρ &c.] Verſus hic deſumptus eſt ex Homerico epitaphio Midæ: locus integer extat in libello de vitâ Homeri, qui vulgò Herodoto adſcribitur.

L. 12. Ὁ Κολοσσὸς] Coloſſus fuit celeberrima illa Apollinis ſtatua, Rhodi ab Ialyſo locata, tam immenſæ magnitudinis, ut inter ejus crura mare flueret, naveſque maximæ tranſirent.

L. 13. Ὁ Πολυκλείτου Δορυφόρος] Polycletus hic fuit Sicyonius Statuarius, qui ſtatuam juvenis

quisque illorum hominum omnes *suos* errores sæpe possit redimere unâ Sublimitate & virtute; & quòd (præcipuum hoc est maximè) si quis elegerit omnia errata Homeri, Demosthenis, Platonis, aliorumque, quotquot maximi *sunt scriptores*, & ea in unum coëgerit, minima, potiùs verò ne millesima inventa essent pars illorum, quæ ab his Heroïbus ubique sunt præclarè dicta. Quocirca omne sæculum ævumque, cum nequeat invidiæ dementiâ decipi, illis tulit tribuitque victoriæ præmia, & ad hoc usque tempus minimè ab iis detrahenda custodit, & custoditurum videtur,

Dum & aqua currit, arboresque proceræ virescunt.

Illi, qui scribit, Colossum vitium habentem non meliorem esse, quàm Polycleti Doryphorum, in promptu est præter multa *alia hoc* respondere; *nempe* quòd in operibus artis id, quod accuratius est, admiratione excipitur; in operibus verò naturæ id, quod Sublime est. Quòd autem homo est *animal* oratione præditum, naturæ debetur: & *idcirco* in statuis humanis quæritur similitudo hominis; in oratione

juvenis arma ferentis (ut indicat nomen) perfectissimam fecit: Plinius illum Doryphorum appellat l. 34. c. 8. *viriliter puerum*, additque, *quem canona Artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quâdam.*

ἐπὶ δὲ λόγου τὸ ὑπεραῖρον, ὡς ἔφην, τὰ ἀνθρώπινα. Προσήκει δ' ὅμως (ἀνακάμπτει γὰρ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἡμῖν τοῦ ὑπομνήματος ἡ παραίνεσις), ἐπειδὴ τὸ μὲν ἀδιάπτωτον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τέχνης ἐστὶ κατόρθωμα, τὸ δ' ἐν ὑπεροχῇ, πλὴν οὐχ ὁμότονον, μεγαλοφυΐας, βοήθημα τῇ φύσει παντὶ πορίζεσθαι τὴν τέχνην· ἡ γὰρ ἀλληλουχία τούτων ἴσως γένοιτ' ἂν τὸ τέλειον. Τοσαῦτα ἦν ἀναγκαῖον ὑπὲρ τῶν προτεθέντων ἐπικρῖναι σκεμμάτων· χαιρέτω δ' ἕκαστος, οἷς ἥδεται.

Sect. XXXVII. Ταῖς δὲ μεταφοραῖς γειτνιῶσιν (ἐπανιτέον γὰρ) αἱ παραβολαὶ καὶ εἰκόνες, ἐκείνῃ μόνον παραλλάττουσαι, * * * * *

* *

L. 2. Ἀνακάμπτει γὰρ &c.] i. e. idem nunc præceptum do, quod in initio hujus commentarii dedi: Respicit hîc Longinus, opinor, ad Sect. 2. ubi docuerat artem esse adjutricem naturæ, easque ambas semper conjungi oportere.

L. 5. Πλὴν οὐχ ὁμότονον] MSti Par. & Vat. duo, itemque Edit. prima habent πλὴν, & hanc lectionem sensus videtur postulare. Vulgo πολλῇ, οὐχ.

L. 6. Παντὶ] Tollius putat legendum πάντῃ, sed vox παντὶ à Longino adverbialiter sumi potest, ut etiam videtur in Sect. 10. p. 70. παντὶ οἶμαι δῆλον &c.

L. 10. Ἐπανιτέον γὰρ] Jam longiore illâ Digressione (quam inceperat ad finem Sect. 32.) finitâ, in quâ quærebatur, quis optimus sit auctor, isne, qui Sublimitati in scriptis quædam vitia parva immiscet, an is, qui Sublimis non est, sed vitiis omnino caret; ad sui operis formam redit Longinus, aliosque Tropos, qui Sublimem orationem faciunt, enumerat.

L. 11. Ἐκείνῃ] Ita MSti Par. & Vat. 2. nec video cur eam vocem Tollius mutarit in ἐκείνως sic enim habemus in Sect. 11. ᾗ μέντοι διαφέρει &c. & Sect. 12. Ἐμοὶ δὲ φαίνεται ταῦτα ἀλλήλων παραλλάττειν, ᾗ κεῖται τὸ μὲν ὕψος ἐν διάρματι, & ibi paulò post, ταύτῃ τῆς πίστεως διεστῶσα.

Ibid.

ne verò, *quæ naturæ opus eſt*, quæritur id quod, ut dixi, excedit res humanas. Convenit tamen (redit enim præceptio noſtra ad initium commentarii), quoniam vitio carens *dicendi genus* plerumque artis eſt virtus; id verò quod in Sublimitate *poſitum eſt*, ſed non ubique æquale, *virtus eſt* animi magnitudinis, *convenit*, *inquam*, ubique acquirere artem in auxilium Naturæ: forſitan enim cohærentia illarum mutua fuerit perfectio. Hæc de quæſtionibus in medio poſitis neceſſe fuit ſtatuere: ſed unuſquiſque fruatur iis, quæ ipſi placent.

Metaphoris (revertendum enim eſt) vicinæ ſunt Comparationes & Similitudines, illo tantùm modo inter ſe differentes, * * * * * * *De Comparationibus & Similitudinibus.*

Ibid. Παραλλάττουσαι ***** τοι ϗ &c.] Lacuna hìc eſt duorum foliorum in MSto Par. uti in MSto etiam Veneto: ſed tamen aliquo modo illam poſſumus ſupplere ex iis, quæ ſcripſerunt Ariſtoteles & Quinctilianus: Παραβολὴ, (inquit Quinctil. Inſt. Or. l. 6. c. 11.), *quàm Cicero collationem vocat, longiùs res, quæ comparentur, repetere ſolet:* tum addit illuſtre quoddam ex Cic. orat. pro Murenâ exemplum: *Quòd ſi è portu ſolventibus ii, qui jam in portum ex alto invehuntur, præcipere ſummo ſtudio ſolent & tempeſtatum rationem, & prædonum, & locorum; quòd natura fert, ut iis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus, ingrediantur: quo tandem me animo eſſe oportet, propè jam ex magnâ jactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas tempeſtates reip. eſſe ſubeundas?* Εἰκὼν verò eſt brevior quædam comparatio, & utraque, tum παραβολὴ tum εἰκὼν, à Metaphorâ eo differt, quòd illæ pluribus verbis, hæc uno ſolo continetur: *Cum poëta* (inquit Ariſtot. in Rhet. l. 3. c. 4.) *dicit de Achille, ὡς δὲ λέων*

Sect. XXXVIII

* * ςοι καὶ αἱ τοιαῦται, "Εἰ μὴ τὸν ἐγκέφαλον "ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε." Διόπερ εἰδέναι χρὴ τὸ μέχρι του παρεκτέον ἕκαστον· τὸ γὰρ ἐνίοτε περαιτέρω προεκπίπτειν ἀναιρεῖ τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τὰ τοιαῦτα ὑπερτεινόμενα χαλᾶται· καὶ ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ εἰς ὑπεναντιώσεις ἀντιπεριΐσταται. Ὁ γοῦν Ἰσοκράτης, οὐκ οἶδ' ὅπως, παιδὸς πρᾶγμα ἔπαθεν, διὰ τὴν τοῦ πάντα αὐξητικῶς ἐθέλειν λέγειν φιλοτιμίαν· ἔστι μὲν γὰρ ὑπόθεσις αὐτῷ τοῦ Πανηγυρικοῦ λόγου, ὡς ἡ Ἀθηναίων πόλις ταῖς εἰς τοὺς Ἕλληνας εὐεργεσίαις ὑπερβάλλει τὴν Λακεδαιμονίων· ὁ δ' εὐθὺς ἐν τῇ εἰσβολῇ ταῦτα τίθησιν· "Ἔπειθ' οἱ λόγοι τοσαύτην ἔχουσι δύναμιν, ὥσθ' οἷόν "τ' εἶναι καὶ τὰ μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι, καὶ τοῖς "μικροῖς περιθεῖναι μέγεθος, καὶ τὰ παλαιὰ και-"νῶς εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως "διελθεῖν." Οὐκοῦν, φησί τις, Ἰσόκρατες, οὕτως μέλλεις καὶ τὰ περὶ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων ἐναλλάττειν; σχεδὸν γὰρ τὸ τῶν λόγων ἐγκώμιον ἀπιστίας

λέων ἐπόρουσε, *est* εἰκών: *cum verò dicit*, λέων ἐπόρουσε. *est Metaphora; quia enim ambo fortes sunt, per metaphoram à fortissimâ belluâ factam appellavit Achillem Leonem.*

L. 1. Εἰ μὴ τὸν ἐγκέφαλον ἐν ταῖς πτέρναις &c.] Ita contractè verba exhibentur in MStis Par. & Ambr. & in Edit. primâ. Lectio Manutii εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις, καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις &c. videtur ab ipso recepta fuisse, ut cum vulgatis Demosthenis Editionibus conveniret. Sensus est: si non insipientes sitis: voces verò desumptæ sunt ex fine orat. de Haloneso, quam dicit Faber non esse Demosthenis opus, sed Hegesippi, cujus meminit Demosthenes, quique ei socius & collega in administratione Reipublicæ fuerat. De hoc

* * *vitiosæ sunt* etiam hujusmodi *Hyperbolæ*; "Si vos non cerebrum in plantis pedum "proculcatum geratis." Quare oportet scire, quo usque res unaquæque extra limites ferenda sit: nonnunquam enim *valdè* modum excedere, evertit Hyperbolam, & hujusmodi res nimis intentæ laxantur, aliquando etiam in contraria commutantur. Ergo Isocrates, nescio quomodo, pueriliter egit præ studio dicendi omnia ampliore modo; apud illum enim argumentum est Panegyricæ orationis, civitatem Atheniensium civitate Lacedæmoniorum superiorem esse beneficiis in Græciam collatis: ille verò statim in initio *ejus* hæc ponit: "Adhæc verba "tantam vim habent, ut *scriptor* possit & res "magnas humiles efficere, & parvas magnitu- "dine vestire, & vetustas novo more dicere, "& de nuper factis antiquo more differere." Siccine igitur, Isocrates, (dicit aliquis) ea, quæ ad Lacedæmonios & Athenienses attinent, immutaturus es? propè enim fecit illud verborum encomium præceptum quoddam audientibus

De Hyperbolis.

hoc verò dicto in diversas sententias abeunt Longinus & Hermogenes: quód enim Longinus nimium & ob eam rem vitiosum judicat, ab altero laudatur in libro περὶ ἰδεῶν. p. 250, 252. Edit. Crisp.

L. 9. Πανηγυρικοῦ λόγου] Hæc est celebrata illa, & ferè princeps inter Isocrateas oratio; quam alii decem, alii quindecim annis elaboratam putant, ampliore utique spatio temporis quàm Elephanti pariunt. Petra.

L. 3.

στίας τὸ καθ' αὑτὸ τοῖς ἀκούουσι παράγγελμα καὶ προοίμιον ἐξέθηκε. Μήποτ' οὖν ἄρισται τῶν ὑπερβολῶν (ὡς καὶ ἐπὶ τῶν σχημάτων προείπομεν) αἱ αὐτὸ τοῦτο διαλανθάνουσαι, ὅτι εἰσὶν ὑπερβολαί. Γίνεται δὲ τοιόνδε, ἐπειδὰν ὑπὸ ἐκπαθείας μεγέθει τινὶ συνεκφωνῶνται περιστάσεως· ὅπερ ὁ Θουκυδίδης ἐπὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ φθειρομένων ποιεῖ. "Οἵ τε γὰρ Συρακούσιοι, φησὶν, ἐπικαταβάντες τοὺς ἐν τῷ ποταμῷ μάλιστα ἔσφαζον. Καὶ τὸ ὕδωρ εὐθὺς διέφθαρτο· ἀλλ' οὐδὲν ἧσσον ἐπίνετο ὁμοῦ τῷ πηλῷ ᾑματωμένον, καὶ τοῖς πολλοῖς ἔτι ἦν περιμάχητον." Αἷμα καὶ πηλὸν πινόμενα ὅμως εἶναι περιμάχητα ἔτι, ποιεῖ πιστὸν ἡ τοῦ πάθους ὑπεροχὴ καὶ περίστασις. Καὶ τὸ Ἡροδότειον ἐπὶ τῶν ἐν Θερμοπύλαις ὅμοιον· "Ἐν τούτῳ (φησὶν) ἀλεξομένους μαχαίρῃσιν (ὅσοις αὐτῶν ἔτι ἐτύγχανον περιοῦσαι) καὶ χερσὶ καὶ στό-

" μασι,

L. 3. Ὡς καὶ ἐπὶ τῶν σχημάτων] Respicit Longinus ad ea, quæ dixerat his similia in Sect. 17. διόπερ καὶ τότε ἄριστον δοκεῖ τὸ σχῆμα, ὅταν αὐτὸ τοῦτο διαλανθάνῃ, ὅτι σχῆμά ἐστι.

L. 6. Περιστάσεως] Quinctil. l. 5. c. 10. dicit, *Hoc genus argumentorum sanè dicamus ex circumstantia, quia περίστασιν dicere aliter non possumus.*

L. 7. Συρακούσιοι] Apud Thucyd. l. 7. p. 466. Edit. Oxon. hæc occurrunt; sed pro Συρακούσιοι rectiùs legitur ibi Πελοποννήσιοι.

L. 11. Καὶ τοῖς πολλοῖς ἔτι ἦν περιμάχητον] Ita Editio pr. & MSti Par. Ambr. & Vat. 3. & Vat. 2. nisi quod hic posterior habet ἐστὶν ὦ pro ἔτι ἦν. Vulgò καὶ περιμαχητὸν ἦν τοῖς πολλοῖς.

L. 12. Αἷμα καὶ πηλὸν πινόμενα &c.] Sensus est: illa apud Thucyd. siti morientium militum descriptio facit, ut probabile videatur eos aquam etiam sanguine & limo commixtam bibisse: & huic simile quiddam Cicero, historico more, de Dario refert in Tusc. Disp. l. 5. c. 34. *Darius in fugâ cum aquam turbidam & cadaveribus*

ribus

bus & præmonitionem nè ipsi crederent. *Vide* igitur nè illæ Hyperbolæ optimæ sint, (ut etiam de Figuris antea diximus), quæ hoc ipsum celant, quòd sint Hyperbolæ. Hoc verò evenit, quum præ maximo affectu *illæ Hyperbolæ* pronunciantur unà cum magnitudine quâdam circumstantiæ: quod Thucydides facit de iis, qui in Siciliâ periêrunt: " Syracusani enim (inquit) illuc descendentes trucidârunt eos potissimum, qui in fluvio erant: & aqua statim fuit inquinata; sed nihilominus bibebatur sanguine, cum limo simul, infecta, & pro eâ multi pugnabant." Sanguinem, limumque potos simul, esse id etiam, pro quo dimicarent, credibile facit summa vis affectûs & circumstantia. Et illud Herodoti de iis, qui in Thermopylis *interfecti sunt*, simile est: " In hoc (inquit) loco Barbari jacula mittentes tumulavêrunt *illos* defensantes se gladiis (quibuscunque ex iis *gladii* fortè adhuc supererant)

ribus inquinatam bibisset, negavit unquam se bibisse jucundius: nunquam videlicet sitiens biberat.

L. 15. Ἐν τούτῳ (φησὶν) &c.] Verba sunt Herodoti l. 7. c. 225. ubi refert quo modo tercentum illi Spartani, qui Leonidâ duce ad Thermopylas contra totum Persarum exercitum pugnarent, interierint.

His exemplis Hyperbolæ à Thucydide & Herodoto adductis liceat mihi addere illud Ciceronis in Antonium: *Quæ Charybdis tam vorax? Charybdin dico? quæ si fuit, fuit animal unum: Oceanus medius fidius vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisse.*

Ibid. Ἀλεξομένους μαχαίρῃσιν, ὅσοις αὐτῶν ἔτι ἐτύγχανον περιοῦσαι] Hæc est lectio Edit. primæ & MStorum Par. Ambr.

&

" μασι, κατέχωσαν οἱ βάρβαροι βάλλοντες." Ἐνταῦθ' οἷόν ἐστι τὸ " καὶ στόμασι μάχεσθαι" πρὸς ὡπλισμένους, καὶ ὁποῖόν τι τὸ " κατακεχῶσθαι βέλεσιν," ἐρεῖς; πλὴν ὁμοίως ἔχει πίστιν· οὐ γὰρ τὸ πρᾶγμα ἕνεκα τῆς ὑπερβολῆς παραλαμβάνεσθαι δοκεῖ, ἡ ὑπερβολὴ δ' εὐλόγως γεννᾶσθαι πρὸς τοῦ πράγματος. Ἔστι γὰρ (ὡς οὐ διαλείπω λέγων) παντὸς τολμήματος λεκτικοῦ λύσις καὶ πανάκειά τις τὰ ἐγγὺς ἐκστάσεως ἔργα καὶ πάθη. Ὅθεν καὶ τὰ κωμικά, καίτοι γ' εἰς ἀπιστίαν ἐκπίπτοντα, πιθανὰ διὰ τὸ γελοῖον·

Ἀγρὸν ἔχ' ἐλάττω γῆν ἔχοντ' ἄρ' ἐπιστολῆς
Λακωνικῆς.

Καὶ

& Vat. duorum, quam, si non per omnia convenit cum textu Herodoti, sequendam tamen arbitror, potiùs, quam lectionem Manutii, quæ vulgatas Editiones diu occupavit, ἐν τούτῳ σφέας χώρῳ ἀλεξομένους μαχαίρῃσιν τῇσιν αὐτέων, ταῖ ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι.

L. 1. Κατέχωσαν οἱ βάρβαροι βάλλοντες] Iidem ferè MSti, ut & eadem Editio, habent κατέχυσαν. & omittunt βάλλοντες, minus rectè, opinor; non tam quia vulgata lectio extat apud Herodot. quàm quia posteà Longinus dicit, ὁποῖόν τι τὸ κατακεχῶσθαι βέλεσιν, ἐρεῖς: vox enim βάλλοντες *jacula mittentes* satis, voce βέλεσιν, significatur præivisse.

L. 4. Πλὴν ὁμοίως &c.] i. e. hoc perinde ac superius illud Thucydidis propter summam vim affectûs, & magnitudinem circumstantiarum fidem habet: & non aliud de Hyperbolâ judicat Quinctil. qui in Inst. Or. l. 8. c. 6. dicit, *Tum est Hyperbole virtus, quum res ipsa, de quâ loquendum est, naturalem modum excessit: conceditur enim ampliùs dicere; quia dici, quantum est, non potest; meliùsque ultra, quàm citra, stat oratio*: & paulò ante: *Sed hujus quoque rei servetur mensura quædam: quamvis enim est omnis Hyperbole ultra fidem, non debet esse ultra modum.*

L. 8. Λύσις] Videtur hæc vox Tollio significare *expiatio*, ut apud Platonem occurrit λύσις τῶν ἀδικημάτων: quod si ferri potest, non opus est, ut cum Fabro legamus ἴασις pro λύσις.

Ibid.

"rant) & manibus & oribus." Illîc quale est (dices) id, "etiam oribus pugnare" contra armatos, & quid istud "tumulari jaculis?" sed eodem modo credibile est; non enim videtur res assumi propter Hyperbolam, Hyperbola verò ritè nasci ex re. Opera enim (ut non desinam *hoc* dicere) furori confinia & affectus sunt expiatio remediumque quoddam universale omnimodæ in elocutione audaciæ: Unde etiam *dicta* Comica, licet in incredibile quid decidant, fidem habent propter *id, quod in illis est*, ridiculum:

Agrum habuit habentem in se terram minorem
Epistolâ
Laconicâ.

Etenim

Ibid. Τὰ ἐγγὺς ἐκστάσεως ἔργα] Vulgò legitur ἐξετάσεως; sed Tollius benè conjecit legendum ἐκστάσεως, quæ lectio extat in margine MSti Eliens. ἔκστασις apud Rhetoras significat vehementem animi motum, & in hoc sensu Longinus dicit in Sect. 3. ἐξεστηκότες πρὸς οὐκ ἐξεστηκότας. & in Sect. 1. εἰς ἔκστασιν ἄγει τὰ ὑπερφυᾶ: ut & Hermog. in l. 2. de Ideis c. 7. ἀλλ' οὐκ ἐξίστασθαι δοκεῖ ὑπὸ τοῦ πάθους.

L. 10. Διὰ τὸ γελοῖον] Ita, deleto ὥσπερ τὸ, quod ex Petræ conjecturâ est, omnes Editiones & MSti.

L. 11. Ἀγρὸν ἔχ' &c.] Lacones, i. e. Lacedæmonii mirâ tùm in orationibus suis, tum in epistolis brevitate usi sunt: & ad hunc eorum morem alludit iste, quisquis fuit, Comicus Poëta, qui hunc versum scripsit: cum voluit ille dicere agrum cujusdam admodum parvum esse, Hyperbolicè dicit eum minorem esse epistolâ Laconicâ. Nec aliter de agello quodam lusit Cicero (ut monet Quinctil. Inst. Or. l. 8. c. 6.) in illo suo joculari epigrammate,

Fundum Varro vocat, quem possum mittere fundâ;
Ni tamen exciderit, quà cava funda patet.

Ecce

Καὶ γὰρ ὁ γέλως πάθος ἐν ἡδονῇ. Αἱ δ' ὑπερβολαὶ καθάπερ ἐπὶ τὸ μεῖζον, οὕτω καὶ ἐπὶ τοὔλαττον· ἐπειδὴ κοινὸν ἀμφοῖν ἡ ἐπίτασις, καί πως ὁ διασυρμὸς ταπεινότητός ἐστιν αὔξησις.

Sect. XXXIX. Ἡ πέμπτη μοῖρα τῶν συντελουσῶν εἰς τὸ ὕψος, ὧν γε ἐν ἀρχῇ προὐθέμεθα, ἔθ' ἡμῖν λείπεται, ὦ κράτιστε, ἡ διὰ τῶν λόγων αὐτὴ ποιὰ σύνθεσις· ὑπὲρ ἧς ἐν δυσὶν ἀποχρώντως ἀποδεδωκότες συντάγμασιν ὅσα γε τῆς θεωρίας ἦν ἡμῖν ἐφικτά, τοσοῦτον ἐξ ἀνάγκης προσθείημεν ἂν εἰς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν· ὡς οὐ μόνον ἐστὶ πειθοῦς καὶ ἡδονῆς ἡ ἁρμονία φυσι-

Ecce autem exemplum quoddam illustre Epistolæ Laconicæ: Λακεδαιμόνιοι τῷ Φιλίππῳ· Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ: hoc rescripto (ut ait Langbænius) volebant Philippum ab affectandâ in Græciam tyrannide deterrere: siquidem Dionysius, ille infamis Syracusarum Tyrannus, tunc temporis imperio omni exutus privatam Ludimagistri vitam in Corintho ageret: monuerunt igitur Philippum, ne ejus mores imitaretur, cujus fortunam non posset non perhorrescere.

Ibid. Ἀγρὸν ἔσχ' ἐλάττω γῆν ἔχοντ' ἄρ' ἐπιστολῆς Λακωνικῆς] Ita imprimendum censeo, secutus vestigia vet. Editionum & MStorum: omnes enim habent ἀγρὸν ἔσχ' (vel ἔσχα) ἐλάττω γῆν ἔχον γὰρ τολῆς: sed dubium est, annon ponatur post στολῆς vox Λακωνικῆς in MS. Vat. 3. & apud Strabonem in libro primo legimus, Εἰσί τινες ὑπερβολαὶ ἐπὶ ὑπερβολαῖς, ὡς τὸ, Ἐλάττω ἔχειν γῆν τὸν ἀγρὸν ἐπιστολῆς Λακωνικῆς: *agrum habere minus terræ quàm Epistolam Laconicam*: unde pro στολῆς puto legendum ἐπιστολῆς, & addendum Λακωνικῆς: Porrò, quod ad eam attinet mutationem vocum ἔχον γὰρ in ἔχοντ' ἄρ', facilè admitti potest, si quis cogitet has voces majusculis (quod apud antiquos fiebat) literis scriptas sic se habere, ΕΧΟΝΤΑΡ ἔχοντ' ἄρ', & ΕΧΟΝΓΑΡ ἔχον γάρ: nec aliter in Sect. 13. pro ὍΤΕ Ἀρχίλοχος, MS. Par. vitiosè legit ΟΓΕ &c.

L. 3. Ὁ διασυρμὸς &c.] Quinctil. Inst. Or. l. 8. c. 6. dicit: *Virtus Hyperboles ex diverso*

Etenim risus est affectus in voluptate *positus*. Hyperbolæ verò ut ad id quod majus est *ducunt*, ita etiam ad id quod minus est; quia intentio est res communis utrique, & Diasyrmus est incrementum humilitatis.

Quinta pars *rerum* perficientium Sublimitatem, quas in initio proposuimus, adhuc nobis reliqua est, *Vir* optime; *scilicet* verborum certa quædam Collocatio: de quâ cum in duobus libris satis exposuimus quæcunque ad nos observatione pervenerint, tantùm ex necessitate addamus *huic* præsenti argumento; quòd Harmonia *verborum* est non solùm naturale hominibus *De Collocatione.*

par augendi atque minuendi: & in c. 3. ejusdem libri ait: *Deformitati proximum est humilitatis vitium,* ταπείνωσιν *vocant, quâ rei magnitudo vel dignitas minuitur: ut "Saxea est verruca in summo montis vertice."*

L. 5. Ἡ πέμπτη μοῖρα &c.] De quinto & ultimo Sublimitatis fonte hîc incipit agere Longinus, nempe de Collocatione sive Structurâ verborum.

L. 7. Σύνθεσις] Collocatio, de quâ fusissimè agit Cicero in Oratore ad Brut. ubi partes ejus tres esse tradit, *Compositionem, Concinnitatem, & Numerum:* Hoc autem capite Noster *numerum* tantùm tractat, sequente verò *compositionem:* concinnitatem verò omisit, quippe magnificentiæ minimè convenientem. Tollius.

L. 9. Ὅσα γε τῆς θεωρίας ἦν ἡμῖν ἐφικτὰ] Faber rectè vidit præpositionem διὰ hîc poni debere ante τῆς θεωρίας: & illa præpositio, quæ hîc deest, ex præcedentibus, ubi redundat, referenda est: opinor enim Longinum scripsisse paulò ante, non ἡ διὰ τῶν λόγων αὕτη ποιὰ σύνθεσις, sed ἡ τῶν λόγων &c. qualis est titulus libelli Dion. Halicarn. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων: vide quæ de vocibus ad hanc distantiam de suo loco in alienum remotis dixi in Emendat. ad Sect. 4. p. 26. & ad Sect. 35. p. 192.

L. ult. Πειθοῦς καὶ ἡδονῆς] Longinus, cum has voces conjungat,

φυσικὸν ἀνθρώποις ἐνέργημα, ἀλλὰ καὶ μετ' ἐλευθερίας καὶ πάθους θαυμαστόν τι ὄργανον. Οὐ γὰρ αὐλὸς μὲν ἐντίθησί τινα πάθη τοῖς ἀκροωμένοις, καὶ οἷον ἔκφρονας καὶ κορυβαντιασμοῦ πλήρεις ἀποτελεῖ, καὶ βάσιν ἐνδοὺς τινα ῥυθμοῦ πρὸς ταύτην ἀναγκάζει ἐμβαίνειν ἐν ῥυθμῷ, καὶ συνεξομοιοῦσθαι τῷ μέλει τὸν ἀκροατὴν, κἂν ἄμουσος ᾖ παντάπασι; καὶ νὴ Δία φθόγγοι

jungat, videtur per πειθὼ intelligere eam persuasionem, quæ ex eo quod delectamur, in nobis excitetur: Secutus est, opinor, Dion. Halic. qui in lib. de Struct. Or. Sect. 11. dicit ταύτην δὲ ὑπὸ μὲν τὴν Ἡδονὴν, τὴν ὥραν, καὶ τὴν χάριν, καὶ τὴν εὐστομίαν, καὶ τὴν γλυκύτητα, καὶ τὸ πιθανὸν: & Sect. 3. Ταῦθ' ὅτι μὲν ἐπάγεται καὶ κηλεῖ τὰς ἀκοὰς, ποιημάτων τε καὶ τῶν πάνυ ἡδίστων οὐδενὸς ἧττον μοῖραν ἔχει, πάντες ἂν οἶδ' ὅτι μαρτυρήσειαν· τοῦ δὲ αὐτῶν ἐστιν ἡ Πειθώ; sic in Longini Sect. . habemus τῦ πιθανῦ καὶ τῦ πρὸς χάριν κρατεῖ.

L. 1. Φυσικὸν ἀνθρώποις] Vulgò φυσικὸν ἀνθρώποις ἐνέργημα: sed vox ἐνέργημα abest à MStis Par. & Vat. duobus itemque Editione primâ: Rectè quidem; nam ἐνέργημα significat *effectus*, sive id quod efficitur, non causa sive id quod efficit, quem sensum locus planè postulat: quod si deleamus istud ἐνέργημα, constructio erit φυσικὸν ἀνθρώποις ὄργανον πειθοῦς καὶ ἡδονῆς &c.

Ibid. Καὶ μετ' ἐλευθερίας καὶ πάθους &c.] Tollius legit καὶ μεγαληγορίας: sed cum in sequenti sententiâ dicitur, οὐ γὰρ αὐλὸς μὲν ἐντίθησί τινα πάθη &c. nullâ mentione Sublimitatis factâ, non opus est, ut hîc legamus μεγαληγορίας. Equidem censeo hunc locum per omnia sanum esse, excepto illo καὶ inter voces ἐλευθερίας & πάθους, quod fortasse delendum est: verba μετ' ἐλευθερίας quasi per Parenthesin hîc à Longino (ut opinor) proferuntur, & de libertate publicâ sive civili intelligi debent. Longinus Libertatis amantissimus fuit, ut ex historiâ ejus vitæ & ex quibusdam hujus Commentarii locis colligere possumus: sed, præ magno Aureliani tunc temporis imperantis metu, non nisi obscurè & cautè Libertatis partes tuetur: hinc in Sect. ult. sub alienâ Philosophi cujusdam potiùs quàm suâ personâ sententiam de hâc re sic dicit, Θρέψαι τε γὰρ, φασὶν, ἱκανὴ τὰ φρονήματα τῶν μεγαλοφρόνων ἡ ἐλευθερία &c. quæ

bus persuasionis & voluptatis, sed etiam (cum libertate *tamen*) Affectûs admirabile quoddam instrumentum: Nonne enim Tibia inserit Affectus quosdam audientibus, eosque reddit velut mente captos & sacro furore plenos, & adhibens quandam positionem numeri ad eam cogit auditorem se movere in numero, eosdemque, quos melos habet, motus animo sequi, etiamsi *ille auditor* sit omnino musicæ ignarus? & mehercule voces Citharæ, nihil per se significantes,

quæ verba, si ad mentem Longini ipsius dicta credantur, possunt nos satis docere sensum ejus (de quo nunc agimus) loci hunc esse: Collocatio admirabile est instrumentum excitandorum affectuum; sed hoc præcipuè accidit nobis, cum liberi simus, neque servili imperii jugo premamur. Tandem video Longinum hæc desumpsisse ex Quinctil. l. 9. c. 4. qui dicit, *Ideo eruditissimo cuique persuasum est, valere eam* (sc. Compositionem) *quamplurimum non ad delectationem modo*, sed ad *motum quoque animorum*; unde iterum colligi potest Longinum non scripsisse id, quod voluit Tollius, μεγαληγορίας.

L. 2. Οὐ γὰρ αὐλὸς μὲν ἐντίθησι] Ita Editio pr. & MSti Par. Ambr. & Vat. 3. necnon MS. Fr. Porti: lectioque sana erit, si hæc verba per Interrogationem dicantur.

L. 5. Βάσιν] i. e. Positionem: & ita Pollux l. 2. c. 3. explicat vocem notante Tollio, βάσις δὲ παρὰ τοῖς μουσικοῖς λέγεται τὸ τιθέναι τὸν πόδα ἐν ῥυθμῷ.

L. ult. Κἂν ἄμουσος ᾖ παντάπασιν;] Hæc est lectio ex conjecturâ Cl. Boivini, qui cum invenit in MSto Par. κἂν ἄλλως ὅσιν (pro quo Vat. 2. habet ἄλλοις ὅσιν) ita textum emendavit: Si (inquit ille) hæc scriberentur literis majusculis, sine accentu, sine spiritu, sine distinctione verborum, ut veteres scripserunt, non multum distat inter κἂν ἄλλως ὅσιν & κἂν ἄμουσος ᾖ; illud enim esset KANAΛΛΟΤCOCH, hoc verò KANAMOΤCOCH: Cui facilè assentior, sic enim sæpiùs reperio ἀλλὰ pro ἅμα, ut in Sect. 43. & 44.

φθόγγοι κιθάρας, οὐδὲν ἁπλῶς σημαίνοντες, ταῖς τῶν ἤχων μεταβολαῖς, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους κρούσει καὶ μίξει τῆς συμφωνίας θαυμαστὸν ἐπάγουσι πολλάκις, ὡς ἐπίστασιν, θέλγητρον· καίτοι ταῦτα τὰ εἴδωλα καὶ μιμήματα νόθα ἐστὶ πειθοῦς, οὐχὶ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, ὡς ἔφην, ἐνεργήματα γνήσια; Οὐκ οἰόμεθα δ' ἄρα τὴν σύνθεσιν, ἁρμονίαν τινὰ οὖσαν λόγων ἀνθρώποις ἐμφύτων, καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς οὐχὶ τῆς ἀκοῆς μόνης ἐφαπτομένων, ποικίλας κινοῦσαν ἰδέας ὀνομάτων, νοήσεων, πραγμάτων, κάλλους, εὐμελείας, πάντων ἡμῖν ἐντρόφων καὶ συγγενῶν, καὶ ἅμα τῇ μίξει καὶ πολυμορφίᾳ τῶν ἑαυτῆς φθόγγων τὸ παρεστὼς τῷ λέγοντι πάθος εἰς τὰς ψυχὰς τῶν πέλας παρεισάγουσαν, καὶ εἰς μετουσίαν αὐτοῦ τοὺς ἀκούοντας ἀεὶ καθιστᾶσαν, τῇ τε τῶν λέξεων ἐποικοδομήσει τὰ

L. 1. Οὐδὲν ἁπλῶς σημαίνοντες] i. e. vel nihil separatim, & unius chordæ sono à cæteris distincto, significantes; vel potiùs nihil sensûs suis sonis auditori afferentes: & huic postremæ vocum explicationi conveniunt illa, quæ dicit Quintil. Inst. Or. l. 9. c. 4. *Naturâ ducimur ad modos: neque enim aliter eveniret, ut illi quoque organorum soni, quanquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem.* ——— *quòd si numeris & modis inest quædam tacita vis, in oratione est vehementissima.* Et in l. 1. c. 10. *Cum etiam organis, quibus sermo exprimi non potest, affici animos in diversum habitum sentiamus:* significat igitur ἁπλῶς hîc, ut alibi, *omnino, prorsus*; & verba Quinctil. *quanquam verba non exprimunt*, itemque ea, *quibus sermo exprimi non potest*, videntur sensum nobis exhibere ejus, quod Longinus dicit, οὐδὲν σημαίνοντες. Argumentari igitur videtur hîc & in sequentibus hoc modo: si hi citharæ soni tantopere audientibus placent & persuadent, quanto magis magnifica structura orationis? Structura enim hujusmodi non (ut cithara) nudum & inanem solùm sonum edit: ob mentem auditoris ponit verba, sensus, res, ornatum,

ficantes, *nonne* ſæpe admirabile (ut ſciunt *homines*) oblectamentum afferunt immutationibus ſonorum, *eorumque* inter ſe pulſatione & mixturâ Symphoniæ; quamvis hæc ſunt imagines *tantùm* ſpuriæque imitationes perſuaſionis, non humanæ naturæ (ut dixi) operationes genuinæ? Annon putamus igitur Structuram, cum ſit harmonia quædam verborum à naturâ hominibus inſitorum, & ad animum ipſum uſque, non ad aures ſolas pervenientium; cum varias excitet ideas verborum, ſenſuum, rerum, venuſtatis, modulationis, omnium in nobis innutritorum, & nobiſcum natorum; & quum mixturâ varietateque ſuorum ſonorum inducat eum affectum, qui oratori adeſt, in animos eorum, qui ſunt propè; & cum auditores ſemper efficiat illius participes,

tum, & modulationem, quæ omnia naturâ nos delectant & commovent.

L. 2. Κρύσει καὶ μίξει] MS. El. habet in marg. κεράσει, nec contemnenda eſt hæc, cujuſcunque fuerit, conjectura: ita enim loquitur Dion. Hal. de Struct. Orat. Sect. 12. λείπεται τῇ μίξει καὶ κεράσει καὶ παραθέσει συγκρύψαι τὴν παρακολουθοῦσαν αὐτοῖς τισιν ἀτοπίαν: & ita Longinus in Fragm. 7. τοῦ δὲ καὶ ἐπὶ τὰς κεράσεις καὶ μίξεις ἀνατείνειν.

L. 4. Ἐπίσασιν] Abſolutè & ſine caſu nominativo expreſſo ponitur hæc vox, ſed ſubintelligendum eſt ἄνθρωποι, & ita Longinus in Sect. 29. utitur verbis διαχλευάζουσιν, & φασὶν, & in Sect. 32. verbo διασύρουσι: non eſt igitur opus, ut cum Fabro legamus ἐπίσασαι.

Ibid. Καίτοι ταῦτα τὰ] Ita Edit. pr. & MSti Par. Ambr. & Vat. duo. Vulgò καί τοι τὰ τοιαῦτα.

L. 6. Ὡς ἔφην] Sc. in illis duobus Libris, quos de Structurâ verborum ſe edidiſſe Longinus in initio hujus capitis teſtatur.

τὰ μεγέθη συναρμόζουσαν, δι' αὐτῆς τούτων κηλεῖν τε ὁμοῦ, καὶ πρὸς ὄγκον τε, καὶ ἀξίωμα, καὶ ὕψος, καὶ πᾶν, ὃ ἐν αὐτῇ περιλαμβάνει, ἡμᾶς ἑκάστοτε συνδιατιθέναι, παντοίως ἡμῶν τῆς διανοίας ἐπικρατοῦσαν; Ἀλλ' ἔοικε μανίᾳ τὸ περὶ τῶν οὕτως ὁμολογουμένων διαπορεῖν· ἀποχρῶσα γὰρ ἡ πεῖρα πίστις. Ὑψηλόν γε τοῦτο δοκεῖ νόημα, καί ἐστι τῷ ὄντι θαυμάσιον, ὃ τῷ ψηφίσματι ὁ Δημοσθένης ἐπιφέρει· "Τοῦτο τὸ "ψήφισμα τὸν τότε τῇ πόλει περιστάντα κίνδυνον "παρελθεῖν ἐποίησεν, ὥσπερ νέφος." Ἀλλ' αὐτῆς τῆς διανοίας οὐκ ἔλαττον τῇ ἁρμονίᾳ πεφώνηται· ὅλον

L. 2. Ὁμοῦ, καὶ πρὸς &c.] Addidi καὶ secutus Editionem pr. & MStos Par. Ambr. & Vat. 3. & necesse est (uti Fabro priùs videbatur) ut paulò post illud καὶ ante ἡμᾶς ἑκάστοτε deleamus: hæc est enim constructio sententiæ, κηλεῖν τε ὁμοῦ, καὶ συνδιατιθέναι πρὸς ὄγκον &c. & ita apud Longinum occurrit συνδιατιθέναι πρὸς μεγαλοφροσύνην τὴν ψυχὴν Sect. 7.

L. 5. Ἀλλ' ἔοικε μανίᾳ] Editio pr. & MSti Par. & Vat. 3. habent ἀλλ' εἰ καὶ: Vat. verò 2. ἀλλὰ καὶ: legendum igitur censeo ἀλλ' ἔστι καὶ μανία: hoc enim modo loquitur Demosthenes apud Hermog. de Ideis l. 1. μανία γὰρ ἴσως ἐστὶ τὸ παρὰ δύναμίν τι ποιεῖν.

L. 7. Τοῦτο δοκεῖ] MSti omnes habent τοῦ δοκεῖν: ego verò istam lectionem, quæ est in margine MSti Eliens. recipiendam esse censeo, τοῦτο δοκεῖ; istud ν in vulgato δοκεῖν ex initio sequentis verbi natum est, opinor: nisi malit Lector τὸ δοκεῖ, ut τὸ idem sit quod τοῦτο: de quâ re vide quæ dixi in Not. ad p. 63.

L. 8. Τοῦτο τὸ ψήφισμα &c.] Verba hæc desumpta sunt ex Demosthenis Orat. περὶ στεφάνου. p. 114. Edit. Oxon. Et hæc verba Dacierus in dactylicos numeros distinxit, sed (ut opinor) non satis peritè: Hoc verò mittamus, de Dactylicis numeris paulò post dicturi: utiliùs erit hîc proferre ea, quæ eodem modo, paulò infrà Noster, examinavit Cicero in Oratore c. 232. *Quantum autem sit aptè dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris benè*

participes, & cum verborum *aliorum ſuper alia* ædificationi aptet Sublimia; *Annon putamus (inquam) Structuram* his ipſis & allicere ſimul *nos*, & ad granditatem dignitatemque, & ad Sublimitatem, & ad omne, quod in ſe ipſa complectitur, nos ſemper diſponere, omnino animi noſtri imperium habentem? Sed vel amentia eſt de iis, quæ ſic in confeſſo ſunt, diſputare; experientia enim eſt probatio idonea. Sublimis hic ſenſus videtur, & eſt reverà admirabilis, quem de plebiſcito profert Demoſthenes; "Hoc plebiſcitum fecit, ut periculum, quod "urbem tunc temporis circumſtetit, velut nu"bes tranſiret." Sed ob harmoniam non minus quàm ob ſententiam ſonorus eſt: totus enim

benè ſtructam collocationem diſſolvas permutatione verborum: corrumpatur enim tota res, ut & hæc noſtra in Cornelianâ, & deinceps omnia. Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitii mercatoreſque ſuperârunt: *immuta paulùm, ut ſit,* Multi ſuperârunt mercatores venalitiique: *perierit tota res. — videſne, ut ordine verborum paulùm commutato, iiſdem verbis ſtante ſententiâ, ad nihilum omnia recidant, cum ſint ex aptis diſſoluta? Aut ſi alicujus inconditi arripias diſſipatam aliquam ſententiam, eamque, ordine verborum paulùm commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit anteà diffluens ac ſolutum. Age, ſume de Gracchi apud cenſores illud,* Abeſſe non poteſt, quin ejuſdem hominis ſit probos improbare, qui improbos probet: *quanto aptiùs ſi ita dixiſſet,* Quin ejuſdem hominis ſit, qui improbos probet, probos improbare? *Hoc modò dicere nemo unquam noluit; nemoque potuit, quin dixerit.*

ὅλον τε γὰρ ἐπὶ τῶν δακτυλικῶν εἴρηται ῥυθμῶν, εὐγενέστατοι δ' οὗτοι καὶ μεγεθοποιοί· διὸ καὶ τὸ ἡρῷον, ὧν ἴσμεν κάλλιστον, μέτρον συνιστᾶσιν· τότε * * ἐπείτοιγε ἐκ τῆς ἰδίας αὐτὸ χώρας μετάθες, ὅποι δὴ ἐθέλεις, "Τοῦτο τὸ ψήφισμα, ὥσπερ νέφος, ἐποίησε τὸν τότε κίνδυνον παρελθεῖν," ἢ νὴ Δία μίαν ἀπόκοψον συλλαβὴν μόνον, "ἐποίησε παρελθεῖν ὡς νέφος." καὶ εἴσῃ πόσον ἡ ἁρμονία τῷ ὕψει συνηχεῖ. Αὐτὸ γὰρ τὸ, "ὥσπερ νέφος," ἐπὶ μακροῦ τοῦ πρώτου ῥυθμοῦ βέβηκε τέτρασι καταμετρουμένου χρόνοις· ἐξαιρεθείσης δὲ τῆς μιᾶς συλλαβῆς, "ὡς νέφος," εὐθὺς ἀκρωτηριάζει τῇ συγκοπῇ τὸ μέγεθος. Ὡς ἔμπαλιν, ἐὰν ἐπεκτείνῃς, "παρελθεῖν ἐποίησεν, ὡσπερεὶ νέφος," τὸ αὐτὸ σημαίνει, οὐ τὸ αὐτὸ δὲ

ἔτι

L. 1. Ἐπὶ τῶν δακτυλικῶν &c.] Numeri & pedes multùm differunt: pes enim dactylicus semper habet primam syllabam longam, duasque sequentes breves; numerus verò sive rythmus dactylicus inest in voce ψήφισμα: audi Quinctil. fusiùs de hâc re loquentem in l. 9. c. 4. Inst. Or. *Omnis structura & dimensio & copulatio vocum constat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi volo) aut μέτροις, i. e. dimensione quâdam: quod etiamsi constat utrumque pedibus, habet tamen non simplicem differentiam: nam rythmi, id est, numeri, spatio temporum constant, metra etiam ordine; ideoque alterum esse quantitatis videtur, alterum qualitatis. — Rythmo indifferens est, dactylusne ille priores habeat breves, an sequentes: tempus enim solùm metitur, ut à sublatione ad positionem iisdem sit spatiis pedum* &c. Dixi vocem ψήφισμα dactylicum esse numerum: nec huic obstat secunda, æquè ac prima, syllaba vocis longa: syllaba enim φι non aliam ob causam longa est apud Poëtas, nisi quòd habet duas consonantes post se sequentes: *Veritas verò* (ut ibidem dicit Quinctil.) *patitur æquè brevem esse vel longam vocalem, cum est sola, quàm cum eam consonantes, una pluresve, præcedunt*: hinc tam in voce ψήφισμα inest numerus dactylicus, quàm in vocibus τοῦτο τὸ inest pes dactylicus.

L. 3.

enim *sensus* per dactylicos numeros dictus est; hi verò sunt nobilissimi & Sublimitatem efficientes; quapropter metrum Heröum, eorum quæ novimus præstantissimum, constituunt. *Et hoc*, ὥσπερ νέφος, *ritè claudit sententiam*; nam ex proprio loco illud transfer, ubi sanè velis, *ut sit exempli gratiâ*, τοῦτο τὸ ψήφισμα, ὥσπερ νέφος, ἐποίησε τὸν τότε κίνδυνον παρελθεῖν, vel mehercule unam solam syllabam *ejus* rescinde, *ut sit*, ἐποίησε παρελθεῖν, ὡς νέφος, & videbis quantum harmonia cum Sublimitate conspiret; Hoc enim ipsum, ὥσπερ νέφος, primo numero longo incedit quatuor temporibus dimenso; sed, abscissâ unâ Syllabâ, *ut sit*, ὡς νέφος, statim *illud* imminuit abscissione Sublimitatem: Ut è contrario, si *illud* extendas, *ut sit*, παρελθεῖν ἐποίησεν, ὡσπερεὶ νέφος, idem significat, non tamen idem jam

L. 3. Συνιστᾶσιν· πότε] Ita Editio prima & MSti omnes: unde constat quædam verba hic ex Textu excidisse, quorum sensum in Latina Versione exprimere conjecturâ conatus sum.

L. 10. Καταμετρουμένου] Ita legit Tollius, non, ut vulgò, καταμετρούμενον: neque enim illud ὥσπερ νέφος, sed longus ille primus rythmus ὥσπερ ex quatuor temporibus constat: Notandum est, quòd in unaquâque syllabâ longâ insunt duo tempora, in brevi verò inest unum solùm: vox igitur ὥσπερ quatuor temporibus constat. Huc facit id, quod dicit Quinctil. Inst. Or. l. 9. c. 4. *Longam esse duorum temporum, brevem unius etiam pueri sciunt*: & ipse Longinus in tertio fragmento c. 14. ad hunc modum loquitur; πᾶσα βραχεῖα (sc. syllaba) ἴση, καὶ πᾶσα μακρὰ ἴση, καθόλου γὰρ αἱ μὲν εἰσι δίχρονοι, αἱ δὲ μονόχρονοι.

L. ult. Ὡσπερεὶ νέφος] Tollius rectissimè legit ὡσπερεὶ, & ita legitur in margine MSti El. Vulgò

ἔτι περιπίπτει· ὅτι τῷ μήκει τῶν ἄκρων χρόνων συνεκλύεται καὶ διαχαλᾶται τὸ ὕψος τὸ ἀπότομον.

Sect. XL. Ἐν δὲ τοῖς μάλιστα μεγεθοποιεῖ τὰ λεγόμενα, καθάπερ τὰ σώματα, ἡ τῶν μελῶν ἐπισύνθεσις· ὧν ἓν μὲν οὐδὲν, τμηθὲν ἀφ' ἑτέρου, καθ' ἑαυτὸ ἀξιόλογον ἔχει, πάντα δὲ μετ' ἀλλήλων ἐκπληροῖ τέλειον σύστημα· οὕτως τὰ μεγάλα, σκεδασθέντα μὲν ἀπ' ἀλλήλων ἄλλο ἄλλῃ, ἅμα ἑαυτοῖς συνδιαφορεῖ καὶ τὸ ὕψος· σωματοποιούμενα δὲ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ ἔτι τῷ δεσμῷ τῆς ἁρμονίας περικλειόμενα, αὐτῷ τῷ κύκλῳ φωνήεντα γίνεται· καὶ σχεδὸν ἐν ταῖς περιόδοις ἔρανός ἐστι πλῆθος τὰ μεγέθη. Ἀλλὰ μὴν, ὅτι τε πολλοὶ καὶ συγγραφέων καὶ ποιητῶν, οὐκ ὄντες ὑψηλοὶ φύσει, μήποτε δὲ καὶ ἀμεγέθεις, ὅμως κοινοῖς

καὶ

Vulgò ὥσπερ, quod Longini menti planè contrarium est.

L. 5. Καθ' ἑαυτὸ ἀξιόλογον] Ita, deleto τὶ, Editio pr. & MSti Par. Ambr. El. & Vat. 3. & deesse potest, cum præcessit vox οὐδέν.

L. 7. Οὕτως τὰ μεγάλα] Fallor, ni legere oporteat οὕτως τὰ μέλη i. e. membra sententiæ: sic id, quod hîc Longinus dicit τὰ μέλη σκεδασθέντα, contrarium erit ei, quod paulò ante dixerat ἡ τῶν μελῶν ἐπισύνθεσις: certè in MStis Par. & Vat. 2. occurrit non μεγάλα, sed μέλα: nec intelligo quomodo rectè dici potest, Sublimia (id enim vox μεγάλα significat) dispersa distrahere & imminuere Sublimitatem, in corpus verò redacta & harmoniâ vestita ipso ambitu magis sonora fieri: Sublimia enim in scriptis non possunt esse dissipata, membra verò orationis facillimè possunt.

L. 9. Σωματοποιούμενα &c.] Exemplo sit id quod Cicero ipse in Oratore protulit ex oratione suâ pro Roscio Amerino, ubi de Parricidarum pœnâ sic loquitur: *Quid enim tam commune quàm spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis? Ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de cælo non queant: ita moriun-*

tur,

jam cadit; quia longitudine ultimorum temporum diſſolvitur & relaxatur ea Sublimitas, quæ *nunc* præcisè abrupta eſt.

De aptâ membrorum orationis inter ſe connexione.

Imprimis verò magna reddit ea quæ dicuntur, eodem modo quo corpora, membrorum connexio; quorum *ſc. corporum* unum *membrum*, ab alio abſciſſum, nihil per ſe habet dignitatis, omnia verò inter ſe perfectam faciunt *corpoream* molem: ſimiliter membra *orationis*, ab ſe invicem alia alibi diſſipata, ſecum diſtrahunt etiam Sublimitatem; ſed cum in corpus *velut* redigantur communicatione *quâdam*, præterea cum conſtringantur vinculo harmoniæ, ipſo ambitu ſonora fiunt; & in periodis Sublimia ſunt quaſi ſymbola à multitudine *collecta*. Quinetiam ſatis à nobis declaratum eſt, quòd multi ſolutæ orationis ſcriptores & poëtæ, cum non eſſent naturâ Sublimes, fortè autem *cum eſſent* etiam humiles, cumque adhæc uterentur plerum-

tur, ut eorum oſſa terra non tangat (fortè *terram non tangant*): *ita jactantur fluctibus, ut nunquam alluantur: ita poſtremò ejiciuntur, ut ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant:* vel ſi alterum exemplum malit Lector, (hoc enim poſteà ipſi Ciceroni diſplicuit, non tamen ob nimiam verborum numeroſitatem, ſed ob ſenſus nimis juveniles), legenda ſunt illa, quæ de lege Naturæ Idem dicit in orat. pro Milone: *Eſt enim, judices, hæc non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus; verùm ex naturâ ipſâ arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti ſumus.*

ϗ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασι, ϗ οὐδὲν ἐπαγομένοις περιττὸν ὡς τὰ πολλὰ συγχεόμενοι, διὰ μόνου τοῦ συνθεῖναι ϗ ἁρμόσαι ταῦτα, ὅμως ὄγκον ϗ διάστημα, ϗ τὸ μὴ ταπεινοὶ δοκεῖν εἶναι, περιεβάλοντο, (καθάπερ ἄλλοι τε πολλοὶ, ϗ Φίλιστος, Ἀριστοφάνης ἔν τισιν, ἐν τοῖς πλείστοις Εὐριπίδης), ἱκανῶς ἡμῖν δεδήλωται. Μετά γέ τοι τὴν τεκνοκτονίαν Ἡρακλῆς φησι,

Γέμω κακῶν δὴ, κοὐκέτ' ἔσθ' ὅπη τεθῇ·

Σφόδρα δημῶδες τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ γέγονεν ὑψηλὸν τῇ πλάσει ἀναλογοῦν· εἰ δ' ἄλλως αὐτὸ συναρμόσειεν,

L. 2. *Διὰ μόνου τοῦ συνθεῖναι* &c.] Summa Collocationis vis, quam Longinus dicit multum Sublimitati conferre, facit etiam ut maximi affectus appareant in iis, quibus uxor Jobi eum alloquitur cap. 2. juxta versionem LXX: quæ, quoniam verè lamentantis speciem exhibent, summumque mœrorem flebilibus etiam vocibus exprimunt, libet hic apponere: *Μέχρις τίνος καρτερήσεις, λέγων; ἰδοὺ, ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν, προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου. Ἰδοὺ γὰρ ἠφάνισαι τὸ μνημόσυνόν σου ἀπὸ τῆς γῆς· υἱοί σου ϗ θυγατέρες, τῆς ἐμῆς κοιλίας ὠδῖνες ϗ πόνοι, οὓς εἰς τὸ κενὸν ἐκοπίασα μετὰ μόχθων· Σὺ δὲ αὐτὸς ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων κάθησαι διανυκτερεύων αἴθριος· Καὶ ἐγὼ πλανῆτις ϗ λάτρις, τόπον ἐκ τόπου περιερχομένη, ϗ οἰκίαν ἐξ οἰκίας, προσδεχομένη τὸν ἥλιον πότε δύσῃ, ἵνα παύσωμαι τῶν μόχθων, ϗ τῶν περιεχουσῶν με ὀδυνῶν, αἵ με νῦν συνέχουσιν.*

L. 3. *Καὶ ἁρμόσαι ταῦτα, ὅμως ὄγκον*] Ita Editio Robort. & Manutii, sed MSti Par. & Vat. duo habent *ταῦτα δ' ὅμως*: fortè legendum est *ϗ ἁρμόσαι ταῦτα, ὄγκον* &c. deleto *ὅμως*, quod paulò ante occurrit, ut Lectorem monuit Faber.

Ibid. *Διάστημα*] Vocem *διάστημα* in hoc sensu usurpatam frustra, opinor, quæres apud Græcos scriptores: semper enim significat vel intervallum sonorum in Musicâ, vel contentionem & dissidium: hîc vero opus est verbo exprimente sublime aliquid & granditati vicinum: quid igitur vetat, quin

plerumque verbis communibus & vulgaribus, nihilque exquiſitæ elegantiæ exhibentibus, tamen ſolùm collocando hæc & aptando, granditatem & Sublimitatem, &, ut ne humiles videantur eſſe, conſecuti ſunt, (ut *fecerunt* aliique multi, & Philiſtus, Ariſtophanes in quibuſdam *locis*, in plurimis Euripides). *Apud hunc poſtremum* Hercules poſt ſuorum liberorum occiſionem dicit,

Plenus ſum malis, neque jam locus eſt ubi aliud
ponatur:

Id, quod dicitur, valdè vulgare eſt, ſed fit Sublime quia ſtructurâ *verborum* reſpondet *rei*, *de quâ*

quin legamus διάρμα, vel ἀνάστημα, vel ἀνάστημα. quibus omnibus verbis Longinus in hoc opere uſus eſt.

L. 5. Φίλιστος] Philiſtus, hiſtoricus Syracuſius, qui Dionyſii res geſtas ſcriptis mandavit, aliquo fidei detrimento. Pauſan. Attic. Iſocratis σύζχεργον & imitatorem ponit Dion. Halicarn. in Iſæo, necnon Thucydidis. *Langb.* Interim Clar. Dacierus cenſet legendum eſſe Φίλισκος, & hunc Philiſcum fuiſſe Poëtam comicum: Tollius etiam legit φίλισκος; ſed dicit eum tragicum fuiſſe Poetam in Inſulâ Corſicâ natum.

Ibid. Ἀριστοφάνης] Celebris hic fuit Comœdiarum ſcriptor Athenienſis; cujus opera, ſemper à doctis in honore habita, etiamnum extant.

L. 9. Γέμω κακῶν &c.] Verba ſunt Euripidis in Hercule furente, v. 1245. Edit. Barnes.

L. 11. Τῇ πλάσει ἀναλογῶν] Nonnulli Interpretes neſcio quam cantûs flexionem & varietatem intelligi voce πλάσει credunt: interim Tollius aliter legendum cenſet, ἀλλὰ γέγονε τῷ ὑψηλῷ τῇ πλάσει ἀναλογῶν: Ego quidem nihil muto: ſed per vocem ἀναλογῶν intelligo *id quod reſpondet rei de quâ agitur*: ſic Noſter in Sect. 31. dicit διὰ τὸ ἀνάλογον *propterea quòd vocabulum rei benè reſpondet.*

L. 1.

μόσεις, φανήσεταί σοι, διότι τῆς συνθέσεως ποιητὴς ὁ Εὐριπίδης μᾶλλόν ἐστιν, ἢ τοῦ νοῦ. Ἐπὶ δὲ τῆς συρομένης ὑπὸ τοῦ ταύρου Δίρκης,

——— Εἰ δέ που
Τύχοι, πέριξ ἑλίξας, εἷλχ' ὁμοῦ λαβὼν
Γυναῖκα, πέτραν, δρῦν, μεταλλάσσων ἀεί.

Ἔστι μὲν γενναῖον τὸ λῆμμα, ἁδρότερον δὲ γέγονε τῷ τὴν ἁρμονίαν μὴ κατεσπεῦσθαι, μηδ' οἷον μὲν ἀποκυλίσματι φέρεσθαι· ἀλλὰ στηριγμούς τε ἔχειν πρὸς ἄλληλα

L. 1. Φανήσεταί σοι, διότι τῆς συνθέσεως] Ita MSti Par. Ambr. El. & Vat. 2. itemque Editio prima: illud δῆλον vulgatum redundat: dicitur enim sæpe δηλόν ἐστιν, rarò autem, (siquando) φαίνεται δῆλον: porrò quamvis διότι idem sæpe significat quod ὅτι, tamen hic legendum censeo, ὅτι διὰ τῆς συνθέσεως: nempe opus est præpositione; quo enim sensu Euripides dicatur esse ποιητὴς συνθέσεως, nescio.

L. 4. Εἰ δέ που] De Dirce à privignis suis Zetho & Amphione ad indomitum taurum crinibus religatâ egit Euripides in Tragœdiâ, quam (ut ex Hygino fab. 8. conjicere est) Antiopam inscripsit, non Dircen: Eam post Euripidem finxit Ennius; sculpsit totam ferè fabulam Taurisius: quam ex uno marmore Rhodo advectam, olim in Asinii Pollionis ædibus, nunc in Farnesianis Romæ videre est. Cujus Ectypon expressum habemus apud Baptistam de Cavalleriis, *antiqu. statuarum urbis Romæ* l. 3. pict. 3. Langb.

L. 8. Μηδ' οἷον μὲν ἀποκύλισμά τι] Ita MS. Par. & Editio prima: Legimus vulgò μηδ' οἷον ἀποκύλισμά τι.

L. 9. Ἀλλὰ στηριγμοὺς &c.] Illa, quæ Longinus vocat στηριγμοὺς *firmamina*, quæque ritè inveniuntur in iis verbis, quæ vim magnam summumque conatum ostendunt, occurrunt etiam in illo Homeri loco (Odyss. λ. non longè à fine), ubi Sisyphum ad verticem montis saxum volventem describit:

Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον, κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα,
Λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν·
Ἤτοι ὁ μὲν, σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε,
Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον.

In

quâ agitur: quòd si alio modo id colloces, apparebit tibi manifestum, Euripidem esse poëtam *vi* compositionis magis quàm sensûs. De Dirce verò raptatâ à tauro *dicit*,

——————*Sicubi verò* taurus
Inciderit, circumquaque se vertens, unà traxit prebendens
Mulierem, rupem, quercum, semper suum cursum *immutans.*

Sensus quidem est nobilis, sed vehementior factus est ex eo quòd harmonia non præcipitetur, neque velut machinâ quidem ad volvendum aptâ feratur; sed quòd verba habeant quædam, quibus

In duobus postremis versibus apparet vasta saxi moles, & ingens Sisyphi labor volventis illud ad verticem montis: ut hoc verò Poëta efficiat, collidit inter se vocales (e. g. *ἤτοι ὁ*, & *ἄνω ὤθεσκε*), geminatque consonantes, quales sunt *σκ*, & *πτ*, & *ρσ* &c.: utitur etiam ut plurimum vocibus dissyllabis aut monosyllabis: deinde longarum syllabarum spondæorumque morâ passim ferè sententiam retardat: & (ut dicit Dion. Hal. *περὶ συνθέσεως* &c. Sect. 20.) *αἱ μακραὶ συλλαβαὶ στηριγμούς τινας ἔχουσαι καὶ ἐγκαθίσματα ἐμιμήσαντο τὴν ἀντιτυπίαν, καὶ τὸ βαρὺ, καὶ τὸ μόγις· τὸ δὲ μεταξὺ τῶν ὀνομάτων ψῦγμα, καὶ ἡ τῶν τραχυνόντων γραμμάτων παράθεσις, τὰ διαλείμματα τῆς ἐνεργείας, ἐποχάς τε καὶ τοῦ μόχθου μέγεθος· οἱ ῥυθμοὶ δὲ ἂν μήκει θεωρούμενοι, τὴν ἔκτασιν τῶν μελῶν, καὶ τὸν διελκυσμὸν τοῦ κυλίοντος, καὶ τὴν τοῦ πέτρου ἔρεισιν* Hîc habes *στηριγμοὺς* & *ἔρεισιν πέτρου*, ut in Longino *στηριγμοὺς* & *ἐρείσματα χρόνων*; & legentibus utrumque locum facilè apparebit has voces Longini à Petra & Tollio malè intellectas fuisse: non enim aliud significant quàm id quod faciunt vocales illæ (quas suprà memoravi) inter se collisæ, & geminatæ consonantes.

λλα τὰ ὀνόματα, καὶ ὑπερείσματα τῶν χειρῶν, πρὸς ἑδραῖον διαβεβηκότα μέγεθος.

Sect. XLI. Μικροποιοῦν δ' οὐδὲν οὕτως ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, ὡς ῥυθμὸς κεκλασμένος λόγῳ καὶ σεσοβημένος, οἷον δὴ πυῤῥίχιοι καὶ τροχαῖοι καὶ διχόρειοι, τέλεον εἰς ὀρχηστικὸν συνεκπίπτοντες· εὐθὺς γὰρ πάντα φαίνεται τὰ κατάρυθμα κομψὰ, καὶ μικροχαρῆ, καὶ ἀπαθέστατα, διὰ τῆς ὁμοειδίας ἐπιπολάζοντα. Καὶ ἔτι τούτων τὸ χείριστον, ὅπως, ὥσπερ τὰ ᾠδάρια τοὺς ἀκροατὰς ἀπὸ τοῦ πράγματος ἀφέλκει καὶ ἐπ' αὐτὰ βιάζεται· οὕτως καὶ τὰ κατεῤῥυθμισμένα τῶν λεγομένων οὐ τὸ τοῦ λόγου πάθος ἐνδίδωσι τοῖς ἀκούουσι, τὸ δὲ τοῦ ῥυθμοῦ· ὡς ἐνίοτε προειδότας τὰς ὀφειλομένας καταλή-

ξεις

L. 3. Μικροποιοῦν] Ita Edit. prima & MSti Par. & Vat. 3. Vulgò μικροποιὸν: sed Participiis vice Adjectivorum Noster sæpiùs utitur.

Ibid. Ῥυθμὸς κεκλασμένος &c.] Qualia sunt illa, quæ à Quinctil. Inst. Or. l. 9. c. 4. Mecænati tribuuntur: *Sole & aurora rubent plurima. Inter sacra movit aqua fraxinos. Ne exequias quidem unus inter miserrimos viderem meas.* In his verbis non incedit, sed currit seu potiùs saltat oratio; brevitasque syllabarum facit, ut non solùm non impleantur aures nostræ, sed etiam ab iis, quæ dicta sunt, animi quodam judicio abalienemur.

L. 4. Λόγῳ] Ita Edit. & MSti, pro quo Faber legit λόγου: sed leges rectiùs fortasse λόγων.

L. 5. Πυῤῥίχιοι] Pes Pyrrichius constat è duabus syllabis brevibus, qualis est vox *pĕdĕ*: nullum (inquit Vossius) ex eo alicujus momenti constitui potest carmen, cum numero & pondere penè careat: aptus duntaxat ad celeres motus exprimendos, cujusmodi erant armati saltus Corybantium apud Græcos, & Saliorum apud Romanos: unde etiam à mobilitate dictus creditur, quasi totus igneus.

Ibid. Τροχαῖοι] Pes Trochæus à longâ syllabâ incipit,

&

quibus alia aliis obſtent, quibuſque mora fiat temporibus, evadentia ad ſtabilem Sublimitatem.

Nihil verò eſt, quod tam minuta reddit Sublimia, quàm numerus verborum fractus & concitatus; cujus generis quidem *ſunt* Pyrrichii & Trochæi & Dichorei, prorſus in ſaltatorium *modum* incidentes: ſtatim enim omnia ea, quæ ultra modum numeroſa ſunt, videntur ſcita eſſe, & minuta, & affectibus maximè carentia, quia eodem ſemper modo procedunt. Et adhuc horum peſſimum eſt, quòd, ut cantica auditores à re abſtrahunt & ad ipſa vi cogunt; ita ea, quæ ultra modum numeroſa dicuntur, non dant auditoribus affectum orationis, ſed numeri: adeò ut illi nonnunquam prævidentes debitas *periodorum* clauſulas, eodem tempore, quo dicentes,

Numerum fractum Structura orationis repugnare.

& in brevem deſinit; qualis eſt vox *fĕrrĕ*: debilem (ait Voſſius) & muliebrem prorſus pes iſte imitatur motum, vehemens in initio, ſed citò deficiens: quapropter lenibus & amatoriis affectibus exprimendis eſt aptus. Appellatur etiam Choreus, unde iſti pedes ſunt διχόρειοι, qui ex duobus conſtant Choreis, qualis eſt vox *cōmprŏbāvĭt*.

L. 8. Τὸ χείριστον, ὅπως] Ita Editio pr. & MSti Par. & Ambr. & ex Stephani Lexico poteris doceri Thucydidem & Xenophontem uſos eſſe ὅπως pro ὅτι.

L. 10. Ἐπ' αὐτὰ] Petra & Faber cenſent legendum eſſe ἐφ' ἑαυτὰ, pro quo Tollius legit ἐφ' αὐτά. Sed innumeri optimorum Auctorum loci hâc lege corrigendi erunt: Vide Busb. Gram. Græc. in Syntax. Pronom. p. 132.

ξεις αὐτοὺς ὑποκρούειν τοῖς λέγουσι, καὶ φθάνοντας, ὡς ἐν χορῷ τινι, προαποδιδόναι τὴν βάσιν.

Ὁμοίως δὲ ἀμεγέθη καὶ τὰ λίαν συγκείμενα, καὶ εἰς μικρὰ καὶ βραχυσύλλαβα συγκεκομμένα, καὶ ὡσανεὶ γόμφοις τισὶν ἐπαλλήλοις κατ' ἐγκοπὰς καὶ σκληρότητας ἐπισυνδεδεμένα.

Sect. XLII. Ἔτι γε μὴν ὕψους μειωτικὸν καὶ ἡ ἄγαν τῆς φράσεως συγκοπή· πηροῖ γὰρ τὸ μέγεθος, ὅταν εἰς λίαν συνάγηται βραχύ. Ἀκουέσθω δὲ νῦν μὴ τὰ δεόντως συνεστραμμένα, ἀλλ' ὅσα ἄντικρυς μικρὰ καὶ κατακεκερματισμένα· συγκοπὴ μὲν γὰρ κολούει τὸν νοῦν, συντο-

L. 2. Προαποδιδόναι τὴν βάσιν] Hæc dicta sunt per Metaphoram sumptam ab eo, quod Magistri Chori solebant facere inter cantandum: nempe terram pede pulsabant sive percutiebant, & hoc Longinus vocat ὑποδιδόναι βάσιν, & ita Pollux explicat βάσιν per τὸ τιθέναι τὸν πόδα ἐν ῥυθμῷ. Langbænius verò censet hæc Longini verba significare *cantûs fundamentum iis praeundo suggerere:* & Tollio videtur ea posse ex Gellii Noct. Att. l. 11. c. 13. verbis sic intelligi, *gressibus orationis plaudere.*

L. 3. Εἰς μικρὰ &c.] Ob hoc vitium à Cicerone ad Brutum cap. 67. reprehenditur Hegesias, qui, *dum imitari Lysiam vult, alterum penè Demosthenem, saltat incidens particulas:* Et, si mentem Longini hîc satis assequar, ejusmodi breves syllabas damnat, quæ occurrunt in Virg. Æn. l. 10. v. 93.

Aut ego tela dedi, fovive cupidine bella?

Ubi vix ullam invenies syllabam, quæ pluribus, quàm duabus, literis constat: syllabæ igitur illic sunt justo breviores, & λίαν σύγκεινται nimis propè ad se accedunt.

L. 8. Πηροῖ γὰρ τὸ μέγεθος &c.] Sic à Quinctil. Inst. Or. l. 10. c. 1. Seneca dicitur *rerum pondera minutissimis sententiis fregisse:* Imò hoc Seneca, ad sua vitia cæcus, acutè vidit reprehendi in aliis oportere; dicit enim in Ep. 114. *Sallustio vigente amputatæ sententiæ, & verba ante expectatum cadentia,*

&

dicentes, *terram* pede pulsent, &, velut in choro quodam, positionem faciant.

Similiter etiam ea *verba* Sublimitate carent, quæ jacent nimis propinqua, quæque sunt in minutas brevesque syllabas concisa, & veluti clavis quibusdam continuis asperè & duriter copulata.

Syllabas nimis breves obesse Sublimitati.

Præterea quidem etiam valdè curtum dictionis genus minuit Sublimitatem: mutilatur enim granditas, cum in nimiam brevitatem cogatur. Intelligantur verò nunc non ea, quæ ritè contracta sunt; sed ea, quæ prorsus minuta sunt, & *quasi* in particulas dissecta: concisa enim brevitas impedit sensum, succincta verò *eum*

Phrasin nimis brevem minuere Sublimitatem.

& obscura brevitas fuere pro cultu: Et de Fabiano quodam idem Seneca dicit lib. 2. controv. in præfat. *Sæpè minùs, quàm audienti satis est, eloquitur: quædam tam subitò desinunt, ut non brevia sint, sed abrupta.*

L. 9. Ἀκμάζω ἢ νῦν &c.] Non omnes breves sententias culpat Longinus, sed eas solùm, quæ sensui non satisfaciunt: Aliquando breves sententiæ vim loquentis ostendunt: ut, cum Cicero dicit in Orat. 1. contra Catilinam: *O tempora! O mores! Senatus hæc intelligit: Consul videt: hic tamen vivit: vivit? imò etiam in Senatum venit: fit publici consilii particeps: notat & designat oculis unumquemque nostrûm ad cædem.* Huc etiam facit illa Terentiana in Andriâ narratio Sepulturæ,

Effertur, imus, ad sepulchrum venimus,
In ignem posita est.

L. 11. Συγκοπὴ μὲν &c.] Differentia inter συγκοπὴν & συντομίαν benè explicatur à Quinctil. Inst. Or. l. 4. c. 2. ubi dicit, *Græcorum aliqui aliud circumcisam expositionem, id est* σύντομον, *aliud brevem* (i. e. συγκοπὴν) *putaverunt; quòd illa supervacuis careret, hæc posset aliquid*

συντομία δ' ἐπ' εὐθὺ [ἄγει.] Δῆλον δ' ὡς ἔμπαλιν τὰ ἐκτάδην ἀπόψυχα, τὰ γὰρ ἄκαιρον μῆκος ἀνακαλούμενα.

Sect. XLIII. Δεινὴ δ' αἰσχύναι τὰ μεγέθη καὶ ἡ μικρότης τῶν ὀνομάτων· παρὰ γοῦν τῷ Ἡροδότῳ κατὰ μὲν τὰ λήμματα δαιμονίως ὁ χειμὼν πέφρασται, τινὰ δὲ νὴ Δία περιέχει τῆς ὕλης ἀδοξότερα, καὶ τοῦτο μὲν ἴσως, "ζεσάσης δὲ τῆς θαλάσσης." Ὡς τὸ "ζεσάσης" πολὺ

aliquid ex necessariis desiderare. Ea est succincta brevitas, quæ non pluribus verbis utitur, quàm ad rem intelligendam opus est: quapropter auditorem rectà ducit ad intelligendum id quod Orator ipsi dicere velit.

L. 1. Συντομία δ' ἐπ' εὐθὺ ἄγει] Ita legit Stephanus; cujus ipsissimâ manu exarato Longini codice usus est Langbænius: nec aliter ferè locutus est, notante Tollio, Lucianus de Hist. conscrib. ἔπειτα οἷς χρώμενος οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ὀρθῆς καὶ ἐπ' εὐθὺ ἀγούσης. Manutius edidit συντομία δ' * ἐπ' εὐθύ: nec aliter Edit. pr. & MSti, nisi quod asterisco carent: certè mutila est sententia, & necesse est ut vel cum Stephano inseras ἄγει, vel cum Petra legas ἐπιδέδωκε.

Ibid. Ὡς ἔμπαλιν τὰ ἐκτάδην &c.] Longiora sunt, quàm oporteat, illa Livii, *Legati, non impetratâ pace, retrò domum, unde venerant, abierunt*: potuit enim ille & breviùs & fortiùs dicere, *Legati, non impetratâ pace, domum redierunt.* Aliud etiam hujus vitii genus profert Tollius ex Herodoti Polyhymn. ubi, cum Trachinius aliquis Spartano militi dixit, ὡς, ἐπεὰν οἱ βάρβαροι ἀπιέωσι τὰ τοξεύματα, τὸν ἥλιον ὑπὸ τοῦ πλήθεος τῶν ὀϊστῶν ἀποκρύπτουσι, τοσοῦτό τι πλῆθος αὐτέων εἶναι· addit Herodotus, τὸν δὲ οὐκ ἐκπλαγέντα τούτοισι εἰπεῖν (ἐν ἀλογίῃ ποιεύμενον τὸ Μήδων πλῆθος), ὡς πάντα σφι ἀγαθὰ ὁ Τρηχίνιος ξεῖνος ἀγγέλλει, εἰ, ἀποκρυπτόντων τῶν Μήδων τὸν ἥλιον, ὑπὸ σκιῇ ἔσοιτο πρὸς αὐτοὺς ἡ μάχη, καὶ οὐκ ἐν ἡλίῳ. Abundant sanè (ut alia multa) ita in priore sententiâ verba τοσοῦτό τι πλῆθος αὐτέων εἶναι, & in posteriore καὶ οὐκ ἐν ἡλίῳ: nec solùm abundant, sed & pondus acremque vim dicti & responsi infeliciter minuunt,

Bre-

eum rectâ viâ ad *ſcopum* dirigit. Conſtat autem quòd è contrario ea, quæ nimis producuntur, ſunt frigida, cum propter immodicam longitudinem retardentur.

Valet autem & exilitas verborum dehoneſtare Sublimia: apud Herodotum quidem tempeſtas deſcribitur divinè quoad ſenſus, continet verò mehercule quædam *verba* materiâ abjectiora: & hoc quidem fortaſſe *abjectum eſt*, ζεσάσης δὲ τῆς θαλάσσης *& fervente mari:* Ut illa vox ζεσάσης multam

Exilitatem verborum deturpare Sublimitatem.

Breviori multò & idcirco Sublimiori modo hoc idem Cicero in Tuſc. Diſp. lib. 1. cap. 42. dicit, *E quibus* (ſc. Spartanis) *unus, cum Perſes hoſtis in colloquio dixiſſet glorians "ſolem præ "jaculorum multitudine & ſagittarum non videbitis: In "umbra"* (*inquit*) *" igitur pugnabimus."*

L. 2. Ἀπόψυχα, τὰ γὰρ ἄκαιρον μῆκος ἀνακαλύμενα] Ita Editio pr. & omnes MSti: ſed Manutius edidit, ἀπόψυχα γὰρ τὰ μῆκος ἄκαιρον ἀνακαλύμενα: utraque lectio, opinor, vitioſa eſt: Faber conjecit legendum ἄψυχα γὰρ διὰ μῆκος ἄκαιρον ἀναχαλώμενα, pro quo malim legere τὰ ἐκτάδην ἀπόψυχα, τὰ ΠΑΡ' ἄκαιρον μῆκος ἀνακαλύμενα: *ea, quæ extenduntur, frigida ſunt, cum propter immodicam longitudinem retardentur*: levis eſt in MStis per majuſculas literas ſcriptis mutatio ΓΑΡ in ΠΑΡ: & præpoſitio παρὰ cum accuſ. frequentiùs ſignificat *propter*; vide Vigerum de præcipuis Gr. Lat. idiom. c. 9. Sect. 6. Nihil verò cauſæ fuit, cur Faber ἀνακαλύμενα verteret in ἀναχαλώμενα; nam vox ἀνακωλεῖσθαι ſignificat hìc *retardari*, ut in Dion. Halic. de Struct. verb. c. 27. p. 180. Edit. Upton. habemus, ἀνακέκλανταί τε τοῖς χρόνοις *& retardata ſunt temporibus.*

L. ult. Ζεσάσης δὲ τῆς θαλάσσης] Vide Herodot. l. 7. c. 188. Longinus dicit hanc vocem Sublimitati obeſſe διὰ τὸ κακόστομον *propter malum illum ſonum, quem in ore loquentis efficit*: liquet igitur eum velle ſignificare per μικρότητα ὀνομάτων verba tam auribus ingrata quàm ponderi rerum parùm reſpondentia;

συντομία δ' ἐπ' εὐθὺ [ἄγει.] Δῆλον δ' ὡς ἔμπαλιν τὰ ἐκτάδην ἀπόψυχα, τὰ γὰρ ἄκαιρον μῆκος ἀνακαλούμενα.

Sect. XLIII. Δεινὴ δ' αἰσχῦναι τὰ μεγέθη καὶ ἡ μικρότης τῶν ὀνομάτων· παρὰ γοῦν τῷ Ἡροδότῳ κατὰ μὲν τὰ λήμματα δαιμονίως ὁ χειμὼν πέφρασται, τινὰ δὲ νὴ Δία περιέχει τῆς ὕλης ἀδοξότερα, καὶ τοῦτο μὲν ἴσως, "ζεσάσης δὲ τῆς θαλάσσης." Ὡς τὸ "ζεσάσης

πολὺ

aliquid ex necessariis desiderare. Ea est succincta brevitas, quæ non pluribus verbis utitur, quàm ad rem intelligendam opus est: quapropter auditorem rectà ducit ad intelligendum id quod Orator ipsi dicere velit.

L. 1. Συντομία δ' ἐπ' εὐθὺ ἄγει] Ita legit Stephanus; cujus ipsissimâ manu exarato Longini codice usus est Langbænius: nec aliter ferè locutus est, notante Tollio, Lucianus de Hist. conscrib. ἔπειτα οἷς χρώμενος οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ὀρθῆς καὶ ἐπ' εὐθὺ ἀγούσης. Manutius edidit συντομία δ' * ἐπ' εὐθύ: nec aliter Edit. pr. & MSti, nisi quod asterisco carent: certè m[...]la est sententia [...] nec[...] vel [...]

de venerant, abierunt: pro[...] enim ille & breviùs & fortiùs dicere, *Legati, non impetratâ pace, domum redierunt.* Aliud etiam hujus vitii genus profert Tollius ex Herodoti Polyhymnia, ubi, cum Trachinius aliquis Spartano militi dixit, ὡς, ἐπειδὰν οἱ βάρβαροι ἀπιέωσι τὰ τοξεύματα, τὸν ἥλιον ὑπὸ τοῦ πλήθεος τῶν ὀϊστῶν ἀποκρύπτουσι· τοσοῦτό τι πλῆθος αὐτέων εἶναι· addit Herodotus, τὸν δὲ οὐκ ἐκπλαγέντα τούτοισι εἶπαι (ἐν ἀλογίῃ ποιεύμενον τὸ Μήδων πλῆθος), ὡς πάντα σφι ἀγαθὰ ὁ Τρηχίνιος ξεῖνος [...] ἀποκρυπτ[...] ἥλιον [...] alia multa] [...] sententiâ verba [...] πλῆθος αὐτέων [...] [...]riore καὶ οὐκ ἐν ἡλίῳ: [...] abundant, sed & [...] acremque vim dicti [...] [...]ponsi infeliciter [...]

eum rectâ viâ ad *scopum* dirigit. Constat [illegible] quòd è contrario ea, quæ nimis [illegible] sunt frigida, cum propter [illegible] longitudinem retardentur.

Valet autem & exilitas verborum [illegible] re Sublimia: apud Herodotum [illegible] tas describitur divinè quoad [illegible] rò mehercule quædam *verba* [illegible] & hoc quidem fortasse *abjectum* [illegible] θαλάσσης & *fervente mari*: [illegible]

Breviori multò & idcirco Sublimiori modo hoc idem Cicero in Tusc. Disp. lib. 1. cap. 42. dicit, *E quibus* (sc. Spartanis *unus, cum Perses hostis in colloquio dixisset glorians* " [illegible] præ " *jaculorum multitudine & sa-* " *gittarum non videbitis: In* " *umbra*" (inquit) " *igitur pugnabimus.*"

L. 2. Ἀπέψυχε. τὰ [illegible] Ita Editio pr. & omnes Mss. sed M[illegible] [illegible]

[illegible] le hoc Ἐστι [illegible] γματι [illegible] σιν, ὥσ- [illegible]

[illegible] τιλέα] i. e. [illegible], qui apud [illegible]os emphaticè solebat: hæc [illegible]or) est descriptio [illegible]ambysis Ægyptum [illegible]ellumque Amasi Re- [illegible] sed, cum hæc Theo- [illegible]storia non extat, hoc solâ conjecturâ ad-

πολὺ τὸ ὕψος περισπᾷ διὰ τὸ κακόστομον. Ἄμ', "ὁ ἄνεμος, φησίν, ἐκοπίασε." καὶ, τοὺς περὶ τὸ ναυάγιον δρασσομένους ἐξεδέχετο "τέλος ἄχαρι." Ἄσεμνον γὰρ τὸ "κοπιάσαι" καὶ ἰδιωτικόν· τὸ δ' "ἄχαρι" τηλικούτου πάθους ἀνοίκειον. Ὁμοίως καὶ ὁ Θεόπομπος, ὑπερφυῶς σκευάσας τὴν τοῦ Πέρσου κατάβασιν ἐπ' Αἴγυπτον, ὀνοματίοις τισὶ τὰ ὅλα διέβαλεν. "Ποία γὰρ πόλις, ἢ ποῖον ἔθνος τῶν κατὰ τὴν "Ἀσίαν οὐκ ἐπρεσβεύετο πρὸς βασιλέα; τί δὲ τῶν "ἐκ τῆς γῆς γεννωμένων, ἢ τῶν κατὰ τέχνην ἐπιτελου-"μένων, καλῶν ἢ τιμίων, οὐκ ἐκομίσθη δῶρον ὡς "αὐτόν;

dentia: in voce igitur ζεσάσης Longino displicet & triplex litera σ, & sensus vocis, qui non tam propriè de oceano, quàm de aheno flammis imposito dicitur: inde illud Virg. Æn. l. 7. v. 462.

— Magno veluti cum flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni,
Exultantque æstu latices; furit intus aquæ vis.

Alteri verò vitio *sc.* ingrati soni simile est illud, quod idem Virg. Æn. l. 10. v. 93. protulit,

— Fovive cupidine bella?

ubi vox *fovive* duplicem literam *v* habens videtur malè sonare,

L. 1. Πολὺ τὸ ὕψος περισπᾷ] Censuit Tollius legendum esse πολὺ τοῦ ὕψους περισπᾷ: sed ex meâ Versione cernere est, vulgatam lectionem rectè se habere.

Ibid. Ἄμ', ὁ ἄνεμος] Editio pr. & MSti Par. Ambr. & Vat. 2. habent ἀλλ' ὁ ἄνεμος, unde lego ἄμ', ὁ ἄνεμος: vide quæ dixi suprà in Sect. 39. p. 211. mutatione μ in λλ in Codicibus scriptis.

L. 2. Ἐκοπίασε] Vide Herodotum in l. 7. c. 191. ubi legimus, ἢ ἄλλως κως αὐτὸς (sc. ἄνεμος) ἐθέλων ἐκόπασε; unde suspicari licet legendum esse hîc non ἐκοπίασε, sed ἐκόπασε; & in sequentibus non κοπιάσαι, sed κοπάσαι: sic in Evang. Matt. 14. 32. occurrit ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος.

Ibid. Τοὺς περὶ τὸ ναυάγιον δρασσομένους] Ita se habet Ed. prima.

multam Sublimitatem *de ſententiâ* detrahit propter malum *vocis* ſonum! Simul dicit, ὁ ἄνεμος ἐκοπίασε *ventus laborabat*; &, ii, qui in naufragio deprehenderentur, habuerunt *exitum* ἄχαρι *ingratum*: minus grave eſt illud *verbum* κοπιάσαι & vulgare; hoc verò ἄχαρι non eſt tali affectui aptum. Similiter & Theopompus, cum Sublimem in modum parâſſet *deſcribere* deſcenſum Perſarum in Ægyptum, verbis quibuſdam minutis omnia reddidit odioſa: "Quæ
" enim civitas, vel quæ gens ex iis, quæ in
" Aſiâ ſunt, non legatos miſerunt ad Regem?
" quid verò ex iis, quæ terrâ proveniunt, vel
" ex iis rebus, quæ arte elaborantur, pulchris
" vel pretioſis, non dono illi miſſum fuit? non-
" ne

prima, & MSti Par. El. & Vat. duo: Manutiana lectio βερσομένους parum, opinor, commodum hîc ſenſum efficit. Porrò notandum videtur hæc verba & ſequens ἐξεδέχετο non eſſe Herodoti, ſed Longini; certè nequeo ea ullibi apud Herodotum invenire: cujus tamen in lib. 8. cap. 13. legimus καὶ τὸ τέλος σφι ἐγένετο ἄχαρι.

L. 6. Θεόπομπος] Theopompus fuit Chius & Iſocratis diſcipulus: nimis fervidi eum fuiſſe ingenii docet nos illud Iſocratis dictum, *ſe calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti ſolere.* Utile etiam fortaſſe erit ſcire id, quod Demetr. Phalar. de hoc viro judicârit: dicit enim, Ἔστι καὶ μεγάλα μικρῶς λέγοντα ἀπρεπὲς ποιεῖν τῷ πράγματι· διὸ καὶ δεινούς τινάς φασιν, ὥσπερ καὶ Θεόπομπον, δεινὰ οὐ δεινῶς λέγοντας.

L. 9. Πρὸς βασιλέα] i. e. Regem Perſarum, qui apud Græcos hiſtoricos emphaticè Rex appellari ſolebat: hæc verò (ut opinor) eſt deſcriptio apparatûs Cambyſis Ægyptum invaſuri, bellumque Amaſi Regi illaturi: ſed, cum hæc Theopompi hiſtoria non extat, hoc dicimus ſolâ conjecturâ adducti.

“ αὐτόν; Οὐ πολλαὶ μὲν καὶ πολυτελεῖς στρωμναὶ
“ καὶ χλανίδες, τὰ μὲν ἁλουργεῖς, τὰ δὲ ποικιλταί,
“ τὰ δὲ λευκαί; πολλαὶ δὲ σκηναὶ χρυσαῖ, κατεσ-
“ κευασμέναι πᾶσι τοῖς χρησίμοις; πολλαὶ δὲ καὶ
“ ξυστίδες, καὶ κλῖναι πολυτελεῖς; ἔτι δὲ καὶ κοῖλος
“ ἄργυρος καὶ χρυσὸς ἀπειργασμένος, ἐκπώμα-
“ τα καὶ κρατῆρες, ὧν τοὺς μὲν λιθοκολλήτους, τοὺς δ'
“ ἄλλους ἀκριβῶς καὶ πολυτελῶς εἶδες ἂν ἐκπεποιη-
“ μένους; Πρὸς δὲ τούτοις ἀναρίθμητοι μὲν ὅπλων μυ-
“ ριάδες, τῶν μὲν Ἑλληνικῶν, τῶν δὲ βαρβαρι-
“ κῶν· ὑπερβάλλοντα δὲ τὸ πλῆθος ὑποζύγια, καὶ
“ πρὸς κατακοπὴν ἱερεῖα εἰς ταῦτα· καὶ πολλοὶ
“ μὲν ἀρτυμάτων μέδιμνοι, πολλοὶ δ' οἱ θύλακοι
“ καὶ σάκκοι καὶ χάρται βιβλίων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάν-
“ των χρησίμων. Τοσαῦτα δὲ κρέα τεταριχευμέ-
“ να παντοδαπῶν ἱερείων, ὡς σωροὺς αὐτῶν γενέσθαι

“ τηλι-

L. 2. Τὰ μὲν ἁλουργεῖς] Ἐρυθρὸν μέλανι λευκῷ τε κραθὲν Platoni definitur purpurei coloris species, quasi ἁλὸς ἔργον maris opus, ex marinâ conchâ. Petra.

Ibid. Τὰ μὲν ἁλουργεῖς, τὰ δὲ ποικιλταί, τὰ δὲ λευκαὶ] Ita Manutius eumque secutæ Editiones; & hæc adjectiva benè conveniunt cum substantivo χλανίδες: sed notandum est Editionem primam & MStos Par. Ambr. El. & Vat. duos habere τὰ μὲν ἁλουργῆ, τὰ δὲ ποικιλτά, τὰ δὲ λευκά; quæ lectio, si vera est, postulat, ut mutemus χλανίδες in χλανίδια, quod idem ferè significat, & ab Hesychio explicatur per ἱμάτια λεπτά. Sed nihil muto.

L. 9. Ἀναρίθμητοι μὲν ὅπλων μυριάδες] Illa Hyperbole μυριάδες ἀναρίθμητοι nugatoria est, nam μονάδες ἀναρίθμητοι *unitates innumerabiles* non minorem numerum efficient, quia nullus unquam numerus efficietur. Faber.

L. 12. Ἱερεῖα εἰς ταῦτα· καὶ &c.] Ita omnes Editiones vet. & MSti: pro quo G. Canterus l. 2. Nov. Lect. c. 25. censuit legendum ἱερεῖα ἔνδυτα vic-

tima

" ne multæ & ſumptuoſæ erant ſtragulæ &
" veſtes, partim purpureæ, partim pictæ, par-
" tim albæ? *nonne* multa tentoria aurata *miſſa*
" *erant*, omnibus rebus utilibus inſtructa? *non-*
" *ne* multæ etiam veſtes tricliniares, lectique
" pretioſi? *nonne* inſuper etiam cælatum argen-
" tum aurumque fabricatum, poculaque &
" crateres, quorum alios videres gemmis adhæ-
" rentibus ornatos, alios verò accuratè & ſump-
" tuosè elaboratos? Adhæc etiam *ad eum mit-*
" *tebantur* innumeræ armorum myriades, par-
" tim Græcorum, partim Barbaricorum; &
" excedentia numerum jumenta, victimæque
" ad cædem *deſignatæ*: adhæc etiam multi
" condimentorum modii, multique culeoli &
" ſacci chartarum, & librorum, aliarumque
" omnium rerum utilium: Tot verò *miſſæ e-*
" *rant* carnes ſale conditæ omnimodarum pe-
" cudum,

time ſaginatæ; ſed videat Lector, annon *εἰς ταῦτα* poterit ſignificare *adhac*, ſive *præterea*, & conjungi cum ϗ ſequenti.

L. 14. Καὶ χάρται βιϐλίων &c.] Prorſus, quid ſignificet χάρται βιϐλίων. ignoro. Athenæus quidem (l. 2. p. 67. F.), qui hunc Theopompi locum citavit, habet ſolum ϗ σάκκοι, ϗ θύλακοι βιϐλίων: fortaſſe hîc legendum eſt ϗ σάκκοι ΧΑΡΤΩΝ ϗ βιϐλίων, ϗ τῶν ἄλλων ἁπάντων χρησίμων: notandum eſt enim Athen. & MStos Par. & Vat. duos habere ἁπάντων.

L. ult. Ἱερείων] Obſervamus Græcos ſcriptores appellare ἱερεῖα non ſolùm victimas, quæ verò ἱερεύονται, & in ſacrificiorum uſum mactantur; verùm etiam quæcunque ad comedendum jugulantur animalia. Hîc igitur per τὰ ἱερεῖα omnes, quibus veſcimur, carnes intelligimus. Petra.

L. 2.

" τηλικούτους, ὥστε τοὺς προσιόντας πόρρωθεν ὑπο-
" λαμβάνειν ὄχθους εἶναι καὶ λόφους ἀντωθουμένους." Ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπὶ τὰ ταπεινότερα ἀποδιδράσκει, δέον ποιήσασθαι τὴν αὔξησιν ἔμπαλιν· ἅμα τῇ θαυμαστῇ τῆς ὅλης παρασκευῆς ἀγγελίᾳ παραμίξας τοὺς θυλάκους καὶ τὰ ἀρτύματα καὶ τὰ σακκία, μαγειρείου τινὰ φαντασίαν ἐποίησεν· ὥσπερ γὰρ, εἴ τις ἐπ' αὐτῶν ἐκείνων

L. 2. Ἀντωθουμένους] Ita Editio prima & MSti Par. El. & Vat. 3. pro quo MSti Vat. 2. & Ambr. habent αὐτωθουμένους. Vulgò ἀναθουμένους.

Ibid. Ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων &c.] Simili modo loquitur Quinctil. cujus verba in Inst. Or. l. 9. c. 4. possunt hunc Longini locum illustrare: dicit enim, *Cavendum est, ne decrescat oratio, & fortiori subjungatur aliquid infirmius, ut sacrilego fur, aut latroni petulans: augeri enim debent sententiæ & insurgere, ut optimè Cicero,* " Tu, (*inquit*) " istis faucibus, istis lateribus, " ista gladiatoriâ totius corpo-" ris firmitate :" *aliud enim majus alio supervenit.*

L. 4. Ἅμα τῇ θαυμαστῇ] Editio pr. & MSti Par. Ambr. & Vat. duo habent ἀλλὰ τῇ, pro ἅμα τῇ: vide quæ dixi in Emend. ad Sect. 39. p. 211. Manutius edidit καὶ τῇ.

L. 5. Παραμίξας τοὺς θυλάκους &c.] Liberè liceat loqui quod sentio: Longinum hîc arbitror à proposito suo paululùm aberrare, aliaque in his Theopompi verbis citatis culpare, quàm quæ postularet hujus Sectionis materia: de exilitate, quæ fit propter ingratum vocum sonum, vel propter earum significationem parum rerum ponderi respondentem, tractare Noster in principio Sectionis instituerat: nunc verò reprehendit in Theopompo tum ordinem rerum (quippe quia Sublimioribus humiliora postposuit), tum res quasdam nimis humiles, totamque descriptionem dehonestantes. Rectè hoc utrumque culpat Longinus, at hic non erat his aptus locus; nam voces θύλακοι, σάκκοι & ἀρτύματα satis exprimunt sensum Auctoris; sed sensus ille, quem exprimunt, hâc magnificâ descriptione prorsus indignus est. Neque solùm hoc Longino vitio vertendum esse arbitror (quis enim culpâ omnino caret? nemo certè, si ne Longinus quidem); nam in Sect. 10. cum dicit constare Homerum scripsisse Odysseam post Iliada ex eo quòd Heroës in Odysseâ

" cudum, ut acervi earum tanti essent, ut illi, " qui accederent, è longinquo suspicarentur *eos* " esse colles tumulosque alteros contrà alteros " erectos." Ex Sublimioribus ad humiliora fugit, cum oporteret illum fecisse incrementum vice versâ: simul admirabili totius apparatûs narrationi admiscens culeolos & condimenta & sacculos, imaginem quandam culinæ fecit: ut enim, si quis super hæc ipsa ornamenta,

Odysseâ loquuntur de malis, quæ passi erant in bello Trojano, tanquam multo ante sibi cognitis & expertis; cum hoc, inquam, argumenti loco profert, nihil agit: Poëta enim ille, qui non nisi tertio post bellum Trojanum sæculo vixit, potuit etiam in Odysseâ, si eam ante Iliada componendam susceperit, eo modo, quo dicit, de Heroum Græcorum ad Trojam ærumnis dicere: neque tamen nego Iliada ante scriptam fuisse quàm Odysseam, (Longinus hoc aliis argumentis probavit); hoc solùm volo, illud argumentum parùm sufficere. Sunt etiam, qui à Longini judicio abeunt, cum profert velut ridicula ea, quæ Homerus dicit de Ulyssis sociis in porcos mutatis, & de Columbis, quæ Jovi infanti alimentum præbuerunt: si hæc enim Allegoricè accipiamus, culpâ forsitan carere reperientur, Ulyssis socii post longam inediam cibum potumque nacti, ebrii facti sunt, quam rem Poëta per Allegoriam narravit, eosque dixit (non immeritò) in porcos conversos fuisse; quod verò ad Columbas attinet, S. Bochartus in suo admirando opere, cui nomen *Phaleg*, rem pro suâ singulari doctrinâ longè aliter tractavit.

Hæc ausus sum & in Longino reprehendere; neque enim, cum dico eum in scriptis judicandis ultrà quàm vel optimi Critici, arbitror eum ultrà, quàm patitur natura humana, sapientem esse.

L. ult. Ὥσπερ γὰρ, εἴ τις &c.] Hâc Similitudine nihil melius excogitari possit ad rem clarè indicandam, imò & probandam: hæc est una ex istis scribendi virtutibus, quæ multis levioribus vitiis possit veniam impetrare: nam de hoc Longini loco possumus idem dicere, quod ille de summis Auctoribus aliquando peccantibus

ἐκείνων τῶν περικοσμημάτων, μεταξὺ τῶν χρυσίων καὶ λιθοκολλήτων κρατήρων, καὶ ἀργύρου κοίλου, σκηνῶν τε ὁλοχρύσων, καὶ ἐκπωμάτων, φέρων μέσα ἔθηκε θυλάκια καὶ σακκία, ἀπρεπὲς ἂν ἦν τῇ προσόψει τὸ ἔργον· οὕτω καὶ τῆς ἑρμηνείας τὰ τοιαῦτα ὀνόματα αἴσχη, καὶ οἱονεὶ στίγματα καθίσταται, παρὰ καιρὸν ἐγκαταταττόμενα. Παρέκειτο δ' ὡς ὁλοσχερῶς ἐπελθεῖν καὶ οὓς ὄχθους λέγει συμβεβλῆσθαι, καὶ περὶ τῆς ἄλλης παρασκευῆς οὕτως ἀλλάξας εἰπεῖν, "Καμήλους, καὶ πλῆθος ὑποζυγίων φορταγωγούντων πάντα τὰ πρὸς τρυφὴν καὶ ἀπόλαυσιν τραπεζῶν χορηγήματα·" ἢ "σωροὺς ὀνομάσαι παντοίων σπερμάτων, καὶ τῶν ἅπερ διαφέρει πρὸς ὀψοποιίας καὶ ἡδυπαθείας·" ἢ (εἴπερ πάντα, ὡς ἐβούλετο, αὐτάρκη οὕτως θεῖναι) καὶ "ὅσα τραπεζοκόμων, εἰπεῖν, καὶ ὀψοποιῶν ἡδύσματα." Οὐ γὰρ δεῖ καταντᾷν ἐν τοῖς ὕψεσιν εἰς τὰ ῥυπαρὰ καὶ ἐξυβρισμένα, ἂν μὴ σφόδρα ὑπό τινος ἀνάγκης συνδιωκώμεθα· ἀλλὰ τῶν πραγμάτων πρέποι ἂν καὶ τὰς φωνὰς ἔχειν ἀξίας, καὶ μιμεῖσθαι τὴν δημιουργήσασαν φύσιν τὸν ἄνθρωπον,

cantibus dixit in Sect. 36. Ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ἕκαστος ἅπαντα τὰ σφάλματα ἑνὶ ἐξωνεῖ.) πολλάκις ὕψει καὶ κατορθώματι.

L. 6. Στίγματα] Stigmata sunt propriè notæ, quas vel mancipiorum, vel etiam malefactorum vultui manibusve inurebant: Latini *Thräcias notas* appellant, Græci *Samias*. Langb.

L. 14. Ἢ (εἴπερ πάντα, ὡς ἐβούλετο, αὐτάρκη οὕτως θεῖναι) καὶ &c.] Ita Editio pr. & MSti Par. & Ambr. Nihil addidi, nisi Parentheseos notam. Vat. verò 2. habet, ἢ εἴπερ πάντων &c. Vat. verò 3. μᾶλλον, ἢ εἴπερ πάντα &c. & MS. Ven. καὶ εἴπερ πάντα &c.

L. 15. Εἰπεῖν] Hæc vox extat in Edit. pr. & MStis Par.

ta, inter crateras aureos & gemmatos, interque cælatum argentum, & tentoria ex omni parte aurata, & pocula, ferret poneretque medios culeolos sacculosque, indecorum esset visu opus; sic etiam hujusmodi verba sunt dedecora elocutionis, & velut notæ *ei inustæ*, cum sint intempestivè ibi collocata. Potuerat autem quasi summatim percurrere etiam eos, quos dicit conjecturâ habitos esse colles, & de cætero apparatu sic *orationem* immutando dicere, "Camelos, multitudinemque jumentorum subvectantium omnia, quæ sunt suppeditamenta mensarum ad luxuriam & delicias:" vel appellare *eos*, "acervos omnis generis frumenti, & eorum, quæ præstantissima sunt ad opsonia & delicias;" vel (si omnia *voluerit*, ut voluit, sufficientia sic exponere) etiam dicere, "quæcunque sunt deliciæ eorum qui mensas struunt, eorumque qui opsonia parant." Neque enim oportet in Sublimibus descendere ad sordida *verba* & inquinata, nisi ab aliquâ necessitate valde adigamur: sed decet habere voces respondentes dignitati rerum, imitarique naturam hominis creatricem, quæ in nobis neque partes

El. Ambr. & Vat. duobus, quorum auctoritate & sensûs etiam gratiâ eam in textum recipiendam duxi.

L. ult. *Μιμεῖσθαι τὴν δημιουργήσασαν* &c.] Simili modo hanc Naturæ solertiam observavit Cicero in lib. 2. de Nat. Deorum c. 56. *Atque ut in ædificiis architecti avertunt ab oculis*

θρωπον, ἥτις ἐν ἡμῖν τὰ μέρη τὰ ἀπόρρητα οὐκ ἔθηκεν ἐν προσώπῳ, οὐδὲ τὰ τοῦ παντὸς ὄγκου περιηθήματα· ἀπεκρύψατο δὲ, ὡς ἐνῆν, καὶ, κατὰ τὸν Ξενοφῶντα, "τοὺς τούτων ὅτι πορρωτάτω ὀχετοὺς ἀπέ-" "στρεψεν," οὐδαμῇ καταισχύνασα τὸ τοῦ ὅλου ζώου κάλλος.

Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐπ' εἴδους δεῖ τὰ μικροποιὰ διαριθμεῖν· προϋποδεδειγμένων γὰρ τῶν ὅσα εὐγενεῖς καὶ ὑψηλοὺς ἐργάζεται τοὺς λόγους, δῆλον ὡς τὰ ἐναντία τούτων ταπεινοὺς ποιήσει κατὰ τὸ πλεῖστον καὶ ἀσχήμονας.

Sect. XLIV. Ἐκεῖνο μέντοι λοιπὸν, ἕνεκα τῆς σῆς χρηστομαθείας, οὐκ ὀκνήσομεν ἐπιπροσθεῖναι, καὶ διασαφῆσαι, Τερεντιανὲ

lis & naribus dominorum ea, quæ profluentia necessariò tetri essent aliquid habitura: sic natura res similes procul amandavit à sensibus. Et in l. 1. de Officiis: *Quæ partes corporis, ad naturæ necessitatem data, adspectum essent deformem habitura ac turpem, eas natura contexit atque abdidit.*

L. 2. Περιηθήματα] Manutius edidit περιττώματα: sed Editio prima & MSti Par. El. & Vat. duo habent περιθήματα: quæ vox nos ad veram lectionem ducit περιηθήματα: nam περιήθημα est *id quod quasi per colum circumquaque distillat,* seu (ut Budæus interpr.) *excolamentum, percolamentum* ἤθητὸν περίττωμα: cujusmodi est *urina,* & *sudor,* ut videre est in sequentibus, quæ (notante Stephano in suo Lexico) apud Galenum occurrunt. Οὖρον δέ ἐστι τὸ περιήθημα τοῦ αἵματος ἐν τῇ μεγάλῃ φλεβί, & ἱδρὼς δέ ἐστι τὸ περιήθημα τοῦ ἐν τῷ αἵματι λεπτῆς καὶ ὀῤῥώδους ὑγρασίας.

L. 4. Τοὺς τούτων] Editio pr. & MSti Par. & Vat. 2. habent τῶν: de quo vide quæ dixi in Emendat. ad vocem Ποῦ δὲ τὴν ἀρετὴν Sect. 10. Verba Xenophontis in l. 2. Ἀπομν. p. 45. Edit. Oxon. hoc modo se habent: ἀποστρέψαι τοὺς τούτων ὀχετοὺς, καὶ ἀπενεγκεῖν ᾗ δυνατὸν προσωτάτω ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων· à quibus cum hæc apud Longinum

partes non nominandas posuit in conspectu, neque excolamenta totius *corporeæ* molis; abscondidit verò, quantùm potuit, &, secundum Xenophontem, " harum rerum canales quàm lon-" gissimè avertit," non fœdans totius animalis pulchritudinem.

Sed enim non necesse est singulatim ea, quæ minuunt orationem, enumerare: cum enim anteà ostendimus omnia ea, quæ nobilia Sublimiaque efficiunt scripta, manifestum est, quòd his contraria humilia *ea* plerumque & indecora reddent.

Illud sanè reliquum non gravabimur, Tuæ discendi cupiditatis gratiâ, addere, & explicare id, *Unde accidit, ut tanta Sublimium Scriptorum sit paucitas.*

ginum multùm distant, poteris hinc Lector, doceri, quòd familiare est & usitatum Nostro sensum potiùs quàm verba Scriptorum fideliter citare: Hinc etiam videmus falli Tollium, qui verba *οὐδαμῇ καταιχώασα* &c. putat esse Xenophontis, cum ipfius sint Longini.

L. 7. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐπ' εἴδους δεῖ τὰ &c.] Ita partim MStis, partim conjecturâ adductus edidi: Manutius edidit οὐκ * ἐπιδοὺς ἐπὶ τὰ, & Robortellus, οὐκ ὀπιδοὺς ἐπεὶ τὰ, MSti verò Par. & Vat. duo omittunt asteriscum & habent οὐκ ἐπιδοὺς ὀπίγει vel ἐπείγει. Vitiosa est certè tum Editionum tum MStorum lectio: Faber igitur sic locum refingit ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐπάναγκές ἐστι τὰ &c. Ego verò cum Tollio pro ἐπιδοὺς lego ἐπ' εἴδους (vide Notam ad Sect. 13. p. 87.): & quod ad vocem ἐπιγει vel επειγει attinet, ultimam syllabam γει in δεῖ muto, primam verò syllabam ejicio, quasi ex variâ lectione primæ syllabæ vocis ἐπείδους natam.

L. 12. Ἐκεῖνο μέντοι λοιπὸν &c.] Longinus huic commentario finem impositurus quærit, quæ sit causa cur tanta extiterit Sublimium oratorum penuria: Et (ut mihi videtur) consultò

τιανὲ φίλτατε, ὅπερ ἐζήτησέ τις τῶν φιλοσόφων προσέναγχος, Θαῦμά μ' ἔχει, λέγων, ὡς ἀμέλει καὶ ἑτέρους πολλοὺς, πῶς ποτε κατὰ τὸν ἡμέτερον αἰῶνα πιθαναὶ μὲν ἐπ' ἄκρον καὶ πολιτικαὶ, δριμεῖαί τε καὶ ἐντραχεῖς, καὶ μάλιστα πρὸς ἡδονὰς λόγων εὔφοροι, ὑψηλαὶ δὲ λίαν καὶ ὑπερμεγέθεις, πλὴν εἰ μή τι σπάνιον, οὐκέτι γίνονται φύσεις· τοσαύτη λόγων κοσμική τις ἐπέχει τὸν βίον ἀφορία. Ἦ νὴ Δί', ἔφη, πιστευτέον ἐκείνῳ τῷ θρυλλουμένῳ, ὡς ἡ δημοκρατία τῶν μεγάλων ἀγαθὴ τιθηνὸς, ᾗ μόνῃ σχεδὸν καὶ συνήκμασαν οἱ περὶ λόγους δεινοὶ καὶ συναπέθανον; Θρέψαι τε γὰρ, φησὶν, ἱκανὴ τὰ φρονήματα τῶν μεγαλοφρόνων ἡ ἐλευθερία καὶ ἐπελπίσαι, καὶ ἅμα διελθεῖν

consultò in initio hujus Sectionis Philosophum quendam loquentem induxit, ut sub alienâ personâ, potiùs quàm suâ, multa ipse diceret de utilitate Libertatis & Democratiæ ad excitandam in animis Oratorum Sublimitatem: quæ igitur Longinus Philosopho dicenti tribuit, ea esse ipsam Longini sententiam arbitror; quæ verò contra Philosophum illum affert, ea potiùs timori quàm judicio Longini tribuo: Aureliano enim universum ferè orbem tenente, in suspicionem apud ipsum venisset Longinus, si palam se Libertatis amantissimum ostendisset, paucitatemque Sublimium auctorum docuisset ex eo nasci, quòd in Democratiâ majora dicentibus proponantur præmia, quàm in Monarchiâ.

L. 5. Ἐντραχεῖς] Ita MSti Par. Ambr. El. & Vat. 3. pro quo Editio pr. & Vat. 2. habent εὐτρεχεῖς: sed vox ἐντραχὴς, quæ à Stephano in suo Lexico explicatur *asper*, sive *in quo asperitas est*, benè huic loco convenit: nam apud Hermogenem partes μεγέθους sunt σεμνότης, τραχύτης &c. Manutius edidit ἐναργεῖς.

L. 7. Κοσμική τις ἐπέχει] Displicet istud κοσμικὴ ἀφορία, cum vox κοσμικὸς non significet *universalis*, sed *mundanus*: ut in Sect. 9. p. 46. habemus κοσμικὸν διάστημα *mundi spatium*: adde, quòd (ut se jam habet sententia) de omnimodis ingeniis hæc Longinus dicit,

cum

Id, Terentiane chariſſime, quod nuper quæſivit quidam Philoſophus, dicens, Miror ego, perinde ac multi alii, quî fiat ut in ætate noſtrâ *ſint* ingenia ad perſuadendum maximè apta & in forenſibus cauſis tractandis perita, acriaque & aſpera, & præcipuè ad ſuavitates ſcriptorum facta; non verò jam ſint (ſi rarum quiddam excipias) Sublimia valdè & magnifica: tanta prorſùs in hac parte ſcriptorum ſterilitas ſæculum circumdat. Num mehercule (dixit) credendum eſt trito illi dicto, Rempublicam eſſe bonam nutricem magnorum *ingeniorum*, quâcum ſolâ ferè viri excellentes in ſcriptis & viguerint & mortui ſint? Libertas enim (dicit *aliquis*) apta eſt & ad nutriendas cogitationes magnanimorum ſpemque *illis* faciendam, & ſimul ad urgendum

cum Sublimium ſolùm ſterilitatem & paucitatem intelligere planè ex præcedentibus verbis videatur: MS. Vat. 2. habet *κομι τῇδε πεχει*, unde legendum opinor *κομιδῇ τῇδ' ἐπέχει* *tanta ſcriptorum prorſus in hâc parte ſterilitas* &c. Ita legimus in Longini Fragm. 5. *μικρὰ κομιδῇ πράγματα*: & in Sect. 15: Τῇδε στρέφ' ἅρμα. Vox τῇδε ſignificat *in hâc parte*, vel *quoad hæc*, nempè ingenia Sublimia.

L. 9. Ἡ δημοκρατία] Huic ſimile eſt id, quod Cicero dicit in Bruto cap. 12. *Nec enim in conſtituentibus remp. nec in bella gerentibus, nec in impeditis ac regum dominatione devinctis naſci cupiditas dicendi ſolet: pacis eſt comes otiique ſocia, & jam benè conſtitutæ civitatis quaſi alumna quædam Eloquentia.* Et quod Auctor Dial. de Cauſ. corr. Eloqu. c. 40. *Eſt magna iſta & notabilis Eloquentia alumna licentiæ, quàm ſtulti libertatem vocabant.* Tollius.

L. ult. Ἐπελπίσαι] Ita Ed. pr. & MSti Par. El. & Vat. duo: & rectè, opinor; cum ſignificet vox ἐπελπίζω *ſperare facio*: Vulgò ἐφελκύσαι.

διελθεῖν τὸ πρόθυμον τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔριδος καὶ τῆς περὶ τὰ πρωτεῖα φιλοτιμίας. Ἔτι γε μὴν διὰ τὰ προκείμενα ἐν ταῖς πολιτείαις ἔπαθλα ἑκάστοτε τὰ ψυχικὰ προτερήματα τῶν ῥητόρων μελετώμενα ἀκονᾶται, καὶ οἷον ἐκτρίβεται, καὶ τοῖς πράγμασι κατὰ τὸ εἰκὸς ἐλεύθερα συνεκλάμπει. Οἱ δὲ νῦν ἐοίκαμεν, ἔφη, παιδομαθεῖς εἶναι δουλείας δικαίας, τοῖς αὐτῆς ἔθεσι καὶ ἐπιτηδεύμασιν ἐξ ἁπαλῶν ἔτι φρονημάτων μονονουκ ἐνεσπαργανωμένοι, καὶ ἄγευστοι καλλίστου καὶ γονιμωτάτου λόγων νάματος, τὴν ἐλευθερίαν, ἔφη, λέγω· διόπερ οὐδὲν ὅτι μὴ κόλακες ἐκβαίνομεν μεγαλοφυεῖς. Διὰ τοῦτο τὰς μὲν ἄλλας ἕξεις

καὶ

L. 1. Διελθεῖν] Editio pr. & MSti Par. El. Ambr. & Vat. duo; pro quo edidit Manut. διωθεῖν. Sed vestigia MStorum sequor censeoque Longinum scripsisse διαλθεῖν: vox διαλθεῖν. fateor, mihi non alibi occurrit, sed ne multa alia verba quæ apud Nostrum leguntur: interim vox ἀλθεῖν (notante Hesychio) significat non solùm *sanare*, sed & *augere*: vide etiam Steph. Thesaur. Nec est quod objiciat quis verba θρέψαι & ἐπελπίσαι Indefin. pr. temporis præcessisse; dissimilia enim Tempora Noster solet conjungere, ut in hâc Sect. καθ' ἕκαστον ὑπολελεῖφθαι καὶ μὴ καταρχαιρεσιάζεσθαι, & alibi.

L. 4. Προτερήματα] Vox προτέρημα significat ea, quibus superiores & priores sumus aliis.

L. 5. Τοῖς πράγμασι &c.] Sensus est: eadem Libertas in eorum scriptis, quæ in factis, effulget: cum istiusmodi oratores liberi sunt, suique juris, animus eorum huic in se imperio assuetus, nihil profert quod non indicia quædam habet illius Libertatis, quâ semper moventur, & ad quam omnia eorum facta diriguntur. Dacierus.

L. 7. Δουλείας δικαίας] Vox δικαία non significat hîc *clemens* sive *lenis*, ut quidam volunt, sed *justa*, qualisque servitus ritè appellari potest, cum Reges Dominique plenum in subditos suos jus obtinuerint; & sic occurrit apud Isocratem ἀρχὴ δικαία in hoc ipso sen-

su:

urgendum *eorum* ſtudium mutuæ contentionis æmulationiſque de principatu *eloquentiæ*. Præterea quia propoſita ſunt in Rebuſpublicis certaminis præmia, egregiæ animi dotes Rhetorum ſemper exercitatæ acuuntur & quaſi terendo excutiuntur, & cum rebus unà (uti par eſt) liberæ effulgent. Nos verò hodierni (dixit) videmur à pueritiâ imbuti eſſe juſtâ ſervitute; moribus ejus inſtitutiſque ex teneris jam cogitationibus tantùm non quaſi faſciis involuti, neque unquam deguſtantes fontem *illum* ſcriptorum pulcherrimum & naturalem maximè, (Libertatem, dixit, volo): quare nihil evadimus, niſi adulatores magnifici: Addidit, alias propterea facultates

ſu: hoc verbum puto Longinum addidiſſe, ut & alia paulò infrà, ne ſuſpecta eſſet ſua erga Imperatorem fides: vide Notam ad initium hujus capitis Ἐκεῖνο μέντοι &c. p. 239.

L. 8. Ἐξ ἁπαλῶν] i. e. ex ipſis cogitationibus, quas teneri & pueri habemus.

L. 9. Ἐνεσπαργανωμένοι] Elegantiſſima eſt hæc à faſciis, quibus infantes modò nati involvuntur, deſumpta Metaphora: per eas enim omnis ſe commovendi libertas infantibus adimitur; Dacierus igitur, cum Latina lingua nullum verbum habet quod huic Græcæ voci reſpondeat, vertit ἐνεσπαργανῶσθαι ἐπιτηδεύμασι *ſuccér avec le lait les coutumes*.

L. ult. Ἕξεις] Vox ἕξις in hoc loco non eſt *habitus*, ſed *facultas*, quo ſenſu Philo dicit oportere ineſſe in perfectiſſimo duce τὴν νομοθετικὴν ἕξιν *legiſlationis facultatem*: & ita Cicero ſemper in lib. de Orat. appellat Rhetoricam *facultatem*, ut in l. 1. c. 17. *Idemque, ſi ad eas facultatem iſtam ornatiſſimæ orationis adjunxerit* &c. c. 14. *Illuſtrare autem oratione ſi quis iſtas ipſas artes velit, ad oratoris ei confugiendum eſt facultatem*: & per omne illud Ciceronis opus *ars*, quæ earum rerum eſt quæ ſciuntur, opponitur oratoris *facultati*, quæ opinionibus, non ſcientiâ continetur.

R 2 L. 1.

καὶ εἰς οἰκέτας πίπτειν ἔφασκεν, δοῦλον δὲ μηδένα γίνεσθαι ῥήτορα· εὐθὺς γὰρ ἀναζεῖ τὸ ἀπαρρησίαστον, καὶ οἷον ἔμφρουρον ὑπὸ συνηθείας ἀεὶ κεκονδυλισμένον· " Ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς, κατὰ τὸν Ὅμηρον, " ἀποαίνυται —— δούλιον ἦμαρ." Ὥσπερ οὖν (εἴ γε, φησὶ, τοῦτο πιστόν ἐστιν, ὃ ἀκούω) τὰ γλωττόκομα, ἐν οἷς οἱ Πυγμαῖοι, καλούμενοι δὲ νάνοι, τρέφονται, οὐ μόνον κωλύει τῶν ἐγκεκλεισμένων τὰς αὐξήσεις, ἀλλὰ καὶ συνάρει διὰ τοῦ περικειμένου τοῖς σώμασι δεσμοῦ· οὕτως ἅπασαν δουλείαν, κἂν ᾖ δικαιοτάτη, ψυχῆς γλωττόκομον καὶ κοινὸν δή τις ἀποφήναιτο δεσμωτήριον.

Ἐγὼ

L. 1. Οἰκέτας] Ita Editio pr. & MSti Par. El. Ambr. & Vat. duo. Vulgò οἰκέτην.

L. 3. Κεκονδυλισμένον] i. e. pugnis cohibitum & percussum; respicit Longinus ad servorum conditionem, qui à dominis suis pugno cædi solebant: hinc vox illa Metaphoricè significat hominem quovis modo subactum & subjectum.

L. 4. Ἥμισυ γὰρ &c.] Desumpta hæc sunt verba ex Homeri Odyss. ρ. v. 322. &c. ubi sic se habet totus locus,

Ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρυόπα Ζεὺς
Ἀνέρος, εὖτ' ἄν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσιν.

L. 6. Πιστόν ἐστιν, ὃ ἀκούω] Istud ὃ addidi ex conjecturâ, & vocem ἀκούω in Parenthesi inclusi, quia sequuntur κωλύει & συνάρει.

Ibid. Γλωττόκομα] Vox γλωττόκομον significat *Thecam*, in quâ tibicines lingulas (ut vocant) tibiarum reponebant, ne attritu læderentur: hinc Longinus eâ utitur ad significandam fasciam aliquam, vel arculam ligneam, in quam veteres teneros adhuc infantes eos, quos Nanos fieri voluerunt, condebant, quo minus crescerent, & ad justam corporis molem venirent: hinc apud Terentium virgines, quæ fasciis vel ligneis quibusdam adjumentis usæ sunt, ut pectus, ne incresceret, impedirent, appellantur *vincto pectore*.

L. 7. Πυγμαῖοι] Sic vocatur gens illa, quæ nullibi quidem extitit, sed quæ fingitur

facultates etiam in famulos cadere, ſervum verò neminem fieri Rhetorem: ſtatim enim prorumpit illud quod illiberale eſt, quodque quaſi cuſtodiâ eum tenet ſemper à conſuetudine ſubactum: nam (ſecundum Homerum) "dimi-"dium virtutis aufert dies ſervitutis:" Quemadmodum igitur (ſi quidem, inquit, verum eſt *id, quod* audio) arculæ, in quibus Pygmæi, vocati nani, nutriuntur, non ſolùm impediunt incrementa eorum qui in illis includuntur, ſed etiam contrahunt eos circumpoſito corporibus vinculo; ita aliquis poſſit appellare omnem ſervitutem (licet ſit juſtiſſima) arculam animi & publicum carcerem.

Ego

ex pumilionibus tota conſtitiſſe.

Ibid. Καλύμμοι ἢ νάνοι] Ita MSti Par. & Vat. 3. cum vulgò abſit ἢ.

Ibid. Οὐ μόνον κωλύει —— ἀλλὰ καὶ συνάρει] Manutius, & omnes poſt eum uſque ad Tollium ediderunt κωλύει & συνάγει: Tollius verò (nullo codice fretus, imò Lectore de mutatione nè monito quidem) edidit κωλύειν & συνάγειν: cenſuit, opinor, cum præceſſerat ἀκούω, opus hîc eſſe Infinitivo modo: Notandum eſt interim Editionem prim. & MStos Par. Ambr. El. & Vat. 3. hîc convenire cum Manutio, niſi quod omnes habent συνάεσι. Equidem legendum eſſe cenſeo συνάρει: vox enim συναρῶ ſignificat *compingo, coagmento*, ut occurrit apud Apollodorum συναραρὼς γόμφοις *compingens clavis*: ſenſus eſt, Ex arculæ, quibus nani vinciuntur, non ſolùm impediunt nè creſcant, ſed etiam eos minores faciunt.

Ibid. Σώμασι] Omnes MSti & Edit. veteres habent στόμασι, pro quo rectè Langbænius legit σώμασι: ratio Emendationis in promptu eſt: adde quòd huic infrà opponitur ψυχῆς γλωττόκομον.

L. 10. Δικαιοτάτη] Vide quæ dixi paulò ſuprà in Notâ ad voces δουλείας δικαίας.

Ἐγὼ μέντοι γε ὑπολαμβάνω, Ῥᾴδιον (ἔφη, ὦ βέλτιστε) καὶ ἴδιον ἀνθρώπου, τὸ καταμέμφεσθαι τὰ ἀεὶ παρόντα. Ὅρα δὲ μήποτε καὶ ἡ τῆς οἰκουμένης εἰρήνη διαφθείρει τὰς μεγάλας φύσεις· πολὺ δὲ μᾶλλον ὁ κατέχων ἡμῶν τὰς ἐπιθυμίας ἀπεριόριστος οὑτοσὶ πόλεμος, καὶ νὴ Δία πρὸς τούτοις τὰ φρουροῦντα τὸν νῦν βίον, καὶ κατ' ἄκρας ἄγοντα καὶ φέροντα ταυτὶ πάθη· ἡ γὰρ φιλοχρηματία, πρὸς ἣν ἅπαντες ἀπλήστως ἤδη νοσοῦμεν, καὶ ἡ φιληδονία δουλαγωγοῦσι, μᾶλλον δὲ (ὡς ἂν εἴποι τις) καταβυθίζουσιν αὐτάνδρους ἤδη τοὺς βίους· φιλαργυρία μὲν νόσημα μικροποιόν,

L. 1. Ὑπολαμβάνω, Ῥᾴδιον (ἔφη,] Ita omnes MSti & Editiones ante Tollium, qui edidit ὑπολαμβάνων & ἔφ' ἦν. Sed nihil opus fuit Emendatione, quia ῥᾴδιον καὶ ἴδιον ἀνθρώπου &c. possunt esse verba cujusdam auctoris à Longino citati sine nomine, potestque ἔφη significare *dixit aliquis* : de quo vide, quæ dixi in Emendation. ad voces γίνεται γὰρ, φησὶ, in Sect. 1.

L. 2. Τὰ ἀεὶ παρόντα] Robortellus monuit verba esse sic transponenda ἀεὶ τὰ παρόντα; sed vide quæ dixi ad Sect. 35. in Notâ ad voces παντὸς ἀεὶ τοῦ μεγάλου.

L. 3. Μήποτε καὶ ἡ τῆς οἰκουμένης] Sic ex vestigiis MSti Par. & Edit. pr. legendum censeo, cum illîc occurrit μητο χη ης οἰκουμένης; hîc verò μήποτε ** οἰκουμένης. Tollius MSti Parif. lectionem hanc esse dicit, μήποτε ά χει τῆς &c. & sic locum supplevit μήποτ᾽ ἄρα ἡ τῆς &c. sed nostra conjectura ad veram istius MSti lectionem propiùs accedit. Idem, quod hic Longinus dicit, occurrit in Dialogo de caussis corruptæ Eloquentiæ, *Longa temporum quies, & continuum populi otium, & assidua senatûs tranquillitas, & maximi principis disciplina ipsam quoque Eloquentiam, sicut alia omnia, pacaverat.*

L. 5. Ὁ κατέχων ἡμῶν &c] A Fabro dissentio, qui hîc censet Longinum respicere ad bella Orientalia, quæ sub Valeriano Cæsare, sub Gallienis duobus, sub Divo Claudio, sub Aureliano denique evenerunt; nam per vocem πόλεμος Longinus mihi videtur Metaphoricè significare *pugnam cupiditatum* hominum, cum affectus in

Ego quidem *illum sic* excipio, Facile est (dixit *aliquis*, vir optime) & familiare homini, conqueri semper de rebus præsentibus: vide autem ne sit universi orbis pax, quæ corrumpat magna ingenia; multò verò magis hoc perpetuum bellum quòd nostras cupiditates obsessas tenet, & prætereà herculè hi affectus, qui præsens sæculum præsidiis tenent, & ex arce rapiunt feruntque: amor enim nummorum (quo omnes jam insatiabiliter laboramus), amorque voluptatis in servitutem rapiunt, seu potiùs (ut ita dicam) demergunt jam sæcula unà cum ipsis hominibus: amor quidem argenti morbus est minutos *nos* efficiens, amorque voluptatis *morbus*

in eorum animis affectibus sunt contrarii: de nullo enim alio belli genere veriùs dicitur, ὁ *κατέχων ἡμῶν τὰς ἐπιθυμίας.*

L. 6. Φρουροῦντα] i. e. præsidio tenentes sæculum, non ut id protegant, sed ad libitum regant & disponant.

L. 7. Κατ' ἄκρας] Ita Editio pr. & MS. Ambr. nec aliter ferè MSti Par. & Vat. duo, nisi quod conjunctim hæc duo verba proferunt: *κατ' ἄκρας* est *ex capite*, vel Metaphoricè *ex arce*: Nec aliter Thucyd. p. 277. lin. 18. Edition. Hudson. *βουλόμενος κατ' ἄκρας καὶ βεβαίως ἑλεῖν αὐτήν.* Manutii lectio *κατὰ κάρα* nullum, certè non sanum satis, sensum præbet.

Ibid. Ἄγοντα καὶ φέροντα] Hæc phrasis significat vastare omnia & desolare; quòd facillimè ii possunt facere, qui φρουροῦσι, & *κατ' ἄκρας* ex arce descendunt; & huic dictioni Græcæ respondet illud, quòd Virg. Æn. l. 2. v. 374. dicit,

—*Alii rapiunt incensa feruntque*
Pergama.

L. 10. Καταβυθίζουσιν] Metaphora sumpta à nave tempestate jactatâ; quæ, si obruatur, cum ipsis nautis, mercibus, omnibusque, quæ continet, ad imum descendit: si cum Cicerone (inquit Tollius) loqui voluerimus, vertemus *funditùs evertunt.*

ποιὸν, φιληδονία δ' ἀγεννέστατον. Οὐ δὴ ἔχω λογιζόμενος εὑρεῖν, ὡς οἷόν τε πλοῦτον ἀόριστον ἐκτιμήσαντας, τὸ δ' ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἐκθειάσαντας, τὰ συμφυῆ τούτῳ κακὰ εἰς τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐπεισιόντα μὴ παραδέχεσθαι· ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ ἀμέτρῳ πλούτῳ καὶ ἀκολάστῳ συνημμένη καὶ ἴσα (φασὶ) βαίνουσα πολυτέλεια, καὶ ἅμα ἀνοίγοντος ἐκείνου τῶν πόλεων καὶ οἴκων τὰς εἰσόδους, εἰς ἃς ἐμβαίνει, καὶ συνοικίζεται· χρονίσαντα δὲ ταῦτα ἐν τοῖς βίοις, νεοττοποιεῖται (κατὰ τοὺς σοφοὺς), καὶ ταχέως γενόμενα περὶ τεκνοποιΐαν ἀνάλεξον ἔν τι γεννῶσι, καὶ τῦφον καὶ τρυφὴν, οὐ νόθα ἑαυτῶν γεννήματα, ἀλλὰ καὶ πάνυ γνήσια. Ἐὰν δὲ καὶ τούτους τις τοῦ πλούτου τοὺς ἐκγόνους εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν ἐάσῃ, ταχέως δεσπότας ταῖς ψυχαῖς ἐντίκτουσιν ἀπαραιτήτους, ὕβριν καὶ παρανομίαν καὶ ἀναισχυντίαν. Ταῦτα γὰρ οὕτως ἀνάγκη γίνεσθαι, καὶ μηκέτι

L. 7. Πολυτέλεια καὶ ἅμα &c.] Omnes MSti & Editiones ante Tollium habuere ἀλλὰ, quod ille mutavit in μαλακία: sed, ut puto, pro ΑΛΛΑ legendum est ΑΜΑ: & ita Noster loquitur in Sect. 16. καὶ ἅμα παιάνειόν τινα &c. Vide quæ dixi in Emendat. Sect. 39. ad voces κἂν ἄμουσος ᾖ. p. 210.

L. 11. Ἀνάλεξον ἔν τι γεννῶσι] Cum planè vitiosus sit hicce locus, Tollius legendum dedit ἀλαζονείαν τε, secutus (ut dicit) MStum Par. Sed longè aliter se res habet: voces enim istæ in margine codicis Vossiani notatæ, non ex MSto Par. sed ex Vossii, opinor, conjecturâ fluxere. In optimo illo MSto legitur, ἀνάλεξον ἔν τι γεννῶσα (σι supra), & in margine γρ. ἔναντι in MStis vero Vat. ἄναντι & γεννωσασι: Unde nata est mihi suspicio, voces ἀνάλεξον ἔν τι pro glossemate habendas esse. Puta in quibusdam MStis Textum habuisse γεννῶσα, inde à doctioribus in margine appositum fuisse ἀντὶ γεννῶσι: Hinc ignaros Librarios sic scripsisse αντὶ γεννῶσασι vel αἰτὶ γεννῶσα (σι supra): Cum verò non satis constaret quo sensu esset istud

bus viles efficiens. Nequeo ſanè cogitando invenire, quo modo fieri poſſit, ut nos, qui immenſas divitias magni æſtimamus, & (ut veriùs dicam) numinis inſtar colimus, non recipiamus in animos noſtros invadentia illa mala, quæ cum illis *divitiis* unà naſcuntur; ſequitur enim opes immenſas & nimias conjunctus & æquis (ut aiunt) paſſibus incedens magnus ſumptus, ſimulque *opibus* illis januas urbium & privatarum ædium recludentibus, in quas intrat *ſumptus*, etiam unà *cum opibus ibi* habitat: &, cum hæc in ſæculis per aliquod ſpatium temporis duraverint, nidificant (ſecundum ſapientes), & citò ad prolem faciendam converſa generant & Faſtum & Luxuriam, fœtus ſuos non ſpurios, ſed valdè legitimos: Sin quis verò hos divitiarum filios permittat ad adoleſcentiam pervenire, ſtatim procreant in animis dominos inexorabiles, Contumeliam & Injuſtitiam & Impudentiam: Neceſſe eſt enim hæc ſic fieri, hominesque non ampliùs

iſtud ἀντὶ, aliquis poſuit (opinor) in Orâ ſui Codicis ἀνάλεξον ἔν τι; ut ſignificaret *legendum eſſe* ἔν τι, non ἀντὶ: unde interjecto tempore iſtud ἀνάλεξον è Margine, ut ἀντὶ ſeu ἔν τι priùs, in Textum irrepſiſſe videtur. Hæc omnia Conjecturæ debeo; nihil certi in tam incertâ re habeo, quod ſtatuam.

L. 13. Τούτους] Tollius rectè legit τούτους; (quòd & MS. Par. opinor, habet); hæc enim vox non ad πλούτου, ſed ad ἐκγόνους referri debet. Vulgò τούτου.

L. 14. Ἡλικίαν] Ita Editio pr. & MSti Par. Ambr. & Ven. Vulgò ἡλικίας.

L. 1

μηκέτι τοὺς ἀνθρώπους ἀναβλέπειν, μηδὲ πέρα φήμης εἶναί τινα λόγον· ἀλλὰ τοιούτων ἐν κύκλῳ τελεσιουργεῖσθαι κατ᾽ ὀλίγον τῶν βίων τὴν διαφθοράν, φθίνειν δὲ καὶ καταμαραίνεσθαι τὰ ψυχικὰ μεγέθη, καὶ ἄζηλα γίνεσθαι, ἡνίκα τὰ θνητὰ ἑαυτῶν μέρη κἀνόητα ἐκθαυμάζοιεν, παρέντες αὔξειν τ᾽ ἀθάνατα. Οὐ γὰρ ἐπὶ κρίσει μέν τις δεκασθεὶς, οὐκ ἂν ἐπὶ τῶν δικαίων καὶ καλῶν ἐλεύθερος καὶ ὑγιὴς ἂν κριτὴς γένοιτο· ἀνάγκη γὰρ τῷ δωροδόκῳ τὰ οἰκεῖα μὲν φαίνεσθαι καλὰ καὶ δίκαια. Ὅπου δὲ ἡμῶν ἑκάστου τοὺς ὅλους ἤδη βίους δεκασμοὶ βραβεύουσι, καὶ ἀλλοτρίων θῆραι θανάτων, καὶ ἔνεδραι διαθηκῶν, τὸ δ᾽ ἐκ τοῦ παντὸς κερδαίνειν

L. 1. Μηδὲ πέρα φήμης &c.] Ita Manutius, & sana est lectio, si jungas φήμης cum sequente λόγον, vertasque λόγον *rationem, respectum,* ut loquitur Demosth. de Cor. εἰ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἶχε λόγον: ut & Noster in Sect. 16. ἐπέχει λόγον ἄξιον, ubi consule Notam. Adde quòd vox πέρα aliquando sine casu ponitur, ut apud Platonem in Tim. occurrit μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν *nihil ultrà quærere*: Editio verò prima & septem MSti habent μηδ᾽ ἕτερα, vitiosè opinor: quippe solent literæ τ & π in MStis (ut sæpè vidi) altera alterius locum occupare.

L. 2. Τοιούτων] Ita Editio prim. & MSti Par. El. & Vat. duo: & rectè, ut puto; τοιούτων enim significat *sæculorum talium, qualia sunt ea, quæ suprà dictis vitiis laborant.*

L. 6. Κἀνόητα] Hæc est lectio Manutii: sed MSti Par. El. & Vat. 2. habent κάπαντα, pro quo Ed. prima habet κα * παντα: censeo igitur legendum καὶ τ᾽ ἀνόητα *intelligentiâque carentes,* additâ solùm literâ ο ex illâ Manutianâ lectione, & literâ majusculâ Π in IT mutatâ: Et sic Longinus contractè loqui amat, ut in Sect. 17. ὥσπερ καὶ τ᾽ ἀμυδρὰ φέγγη, & passim ferè.

Ibid. Τ᾽ ἀθάνατα] Manutius edidit ἀρετὰς errore, opinor, typographico pro ἀρετὰς: sed cum MSti Par. & El. habent τὰς ἄνατα, (à quibus non multùm abit Ed. prima, quæ habet τὰς * ἄνατα, nec MS. Ambr. qui habet τὰ ἄνατα); edidi

pliùs ſurſum oculos erigere, nec ulteriùs *iis* ullam eſſe famæ rationem; ſed abſolutè compleri paulatim talium ſæculorum corruptionem, & contabeſcere & emarceſcere animi Sublimitates, neglectaſque eſſe, cum admirentur mortales ſuas & inutiles partes, omittentes incrementum facere *partibus* immortalibus. Neque enim in judicio quis pretio corruptus, poteſt eſſe liber integerque de rebus æquis & pulchris judex; neceſſe eſt enim ut ſuæ res videantur pulchræ juſtæque ei, qui dona accipit: *Similiter*, ubi munera, & venationes alienarum mortium, & inſidiæ teſtamentis *factæ* totas vitas noſtras jam moderantur; *ubi* etiam lucrum ex re quâlibet *nobis*

τ' ἀθάνατα *immortalia*, quæ vox benè opponitur præcedenti θνητά.

L. 7. Δεκασθεὶς] i. e. *largitione corruptus*: vox δεκάζω (ut ait Langbænius) in malam partem accipitur, aut eo quòd Judices deni ad prætorium convenientes munera recipere ſolebant: aut originem ſuam ad decem Oratores ejuſdem ſæculi Athenis vigentes refert, quos quia divites magiſtratuſque urbis ad ſuas cauſas agendas pecuniâ conducebant, ii δεκάζειν dicebantur; dum alii, qui ſuas ipſi cauſas orabant, ἀδέκαστοι appellati ſunt: profert Langbænius & alias de hâc voce conjecturas; ſed ea videtur Stephano in ſuo Theſauro Græc. Ling. deduci potiùs oportere à verbo δέχομαι.

L. 9. Τὰ οἰκεῖα μὲν φαίνεσθαι] Ita omnes MSti & Editiones ante Fabrum, qui legendum putat τὰ δίκαια μὴ &c. Sed Emendatione hâc, opinor, non opus eſt; Voces τὰ οἰκεῖα ſignificant cauſam ejus, à quo pecuniam accepit: judex enim corruptus corrumpentis cauſam, ſuam facit: benè igitur dicit Longinus τὰ οἰκεῖα.

L. 11. Ἀλλοτρείων] Ita MSti Par. Vat. 2. & El. in margine; quæ lectio melior multò eſt quàm illa Manutii ἀλλοτρείαι.

L. 1.

κερδαίνειν ὠνούμεθα τῆς ψυχῆς, ἕκαστος πρὸς τῆς [φιλοχρηματίας] ἠνδραποδισμένοι, ἆρα δὴ ἐν τῇ τοσαύτῃ λοιμικῇ τοῦ βίου διαφθορᾷ δοκοῦμεν ἔτι ἐλεύθερόν τινα κριτὴν τῶν μεγάλων, ἢ διηκόντων πρὸς τὸν αἰῶνα, κἀδέκαστον ἀπολελεῖφθαι, καὶ μὴ καταρχαιρεσιάζεσθαι πρὸς τῆς τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιθυμίας; Ἀλλὰ μήποτε τοῖς τοιούτοις, οἷοί περ ἐσμὲν ἡμεῖς, ἄμεινον ἄρχεσθαι ἢ ἐλευθέροις εἶναι· ἐπείτοι γε ἀφεθεῖσαι τὸ σύνολον, ὡς ἐξ εἱρκτῆς ἄφετοι, κατὰ τῶν πλησίον αἱ πλεονεξίαι κἂν ἐπικαύσειαν τοῖς κακοῖς τὴν οἰκουμένην. Ὅλως καὶ δαπανὸν ἔφην εἶναι τῶν νῦν γεννωμένων φύσεων τὴν ῥαθυμίαν, ᾗ, πλὴν ὀλίγων, πάντες ἐγκαταβιοῦμεν, οὐκ ἄλλως πονοῦντες ἢ ἀναλαμβάνοντες, εἰ μὴ ἐπαίνου καὶ ἡδονῆς ἕνεκα, ἀλλὰ μὴ τῆς ζήλου καὶ τιμῆς ἀξίας ποτὲ ὠφελείας.

Κράτιστον δ' εἰκῇ ταῦτ' ἐᾶν, ἐπὶ δὲ τὰ συνεχῆ χωρεῖν· ἦν δὲ ταῦτα τὰ Πάθη, περὶ ὧν ἐν ἰδίῳ προηγουμένως

L. 1. Ἕκαστος πρὸς τῆς [φιλοχρηματίας] ἠνδραποδισμένοι] MSti Par. Ambr. El. & Vat. 2. habent πρὸς τῆς ἠνδραποδισμένοι: itemque Editio pr. nisi quòd asteriscum ponit inter τῆς & ἠνδραποδισμένοι: unde Tollius ex conjecturâ edidit ἕκαστος πρὸς τῆς ἑαυτοῦ ἠνδραποδισμένοι φιλοχρηματίας. Ego verò ejicio vocem ἑαυτοῦ, quæ à Manutii manu profecta est, & prorsus otiosa est; vocem autem φιλοχρηματίας in Textum recipio, quia hoc aut simile quiddam constat excidisse.

L. 5. Αἰῶνα] Portus legendum rectè putavit non ἀγῶνα sed αἰῶνα, cui assentitur MS. Par.

Ibid. Κἀδέκαστον ἀπολελεῖφθαι] Omnes MSti & Editiones ante Tollium habent καθέκαστον, ille verò ex conjecturâ edidit κἀδέκαστον, pro καὶ ἀδέκαστον *& non muneribus corruptum*: porrò pro ἀπολελύσθαι, quod Manutius edidit, MSti Par. & Vat. 2. habent ἀπολελεῖφθαι.

Ibid. Καταρχαιρεσιάζεσθαι &c.] Propriè est largitione ab iis,

nobis comparamus vitæ *periculo*, in servitutem redacti unusquisque à *cupiditate nummorum*, num in tam pestilenti sæculi corruptione putamus reliquum esse quenquam liberum & incorruptum judicem Sublimium *scriptorum* vel ad æternitatem perventurorum, & non corruptum esse à cupiditate ditescendi? Imò vide annon sit melius tales, quales nos sumus, regi quàm liberos esse: quoniam cupiditates *nostræ*, velut ex caveâ emissæ *bestiæ*, in proximos omninò emissæ etiam incenderent malis totum orbem. In summâ verò dixi desidiam esse consumptricem ingeniorum nunc temporis natorum, in quâ nos omnes (exceptis paucis) vitam transigimus, non aliam ob rem laborantes vel suscipientes *opus* quàm ob gloriolam & voluptatem, non autem ob id commodum, quòd dignum est æmulatione & honore.

Sed præstiterit hæc omittere & ad ea pergere, quæ sequuntur: hæc verò erant Affectus, de quibus

iis, qui magistratum in comitiis petunt, & pecuniâ quidem corrumpi; ita ut Catones repulsam ferant, Vatinii verò & Nonii Strumæ in sellis sedeant curulibus. Tollius.

L. 11. Δαπανὸν] Omnes libri scripti & impressi habent δαπανῶν: sed Tollius hanc vocem in δαπανὸν rectè mutavit: sic vox δαπανὸς cum Genitivo occurrit apud Athenæum.

L. 16. Εἰκῇ] Ita MSti & Edit. vet. pro quo Faber legendum censet εἰη: fortasse legendum est ὅτι καὶ, ut in Sect. 39. εἰ καὶ in ὅτι καὶ mutandum esse monui; sæpius ει contractè scribitur in MStis pro ὅτι.

L. ult. Ἐν ἰδίῳ πεπηγμένας &c.] Dubium est, an Longinus hunc (ut promisit in Sect. 3. ad finem) tractatum de Affectibus

μδίαις ὑπεχόμεθα γράφειν ὑπομνήματι, τὴν τε τȣ̃ ἄλλȣ λόγȣ κ) αὐτȣ̃ τȣ̃ ὕψȣς μοῖραν ἐπεχόντων, ὡς ἡμῖν δοκεῖ, [ȣ̓κ ἐλαχίϛην.]

fectibus scripserit: fallitur interim Tollius, qui in suprà dictâ Sect. verba ultima Longini sic vertit, ut videatur sensisse, Longinum in animo habuisse illum de Affectibus locum, quem promisit, partem ultimam hujus Commentarii de Sublimitate constituere: Nam hoc falsum esse docent verba Longini hîc posita, ἐν ἰδίῳ ὑπομνήματι.

L. 1. Ὑπομνήματι, τὴν τε τȣ̃ ἄλλȣ &c.] Editio pr. habet ὑπομνήματι ὡς τὴν τε &c. MSti verò Par. Ambr. & duo Vat. ὑπομνήματι ὁ τὴν τε &c. censeo igitur legendum esse ὑπομνηματίῳ, τὴν τε &c.

L. 2. Ὡς ἡμῖν δοκεῖ] Editio pr. & Manut. habent ὡς ἡμῖν δοκεῖ: sed vox δοκεῖ abest à MStis Par. El. Ambr. & Vat. duobus: voces ȣ̓κ ἐλαχί-



quibus ex professo promisi me in peculiari Commentario dicturum, & qui, ut mihi videtur, tum alîus generis orationis, tum ipsius Sublimitatis partem [*non minimam*] constituunt.

σιν ex conjecturâ suæ Editioni Tollius inseruit: quæ sanè sensui benè serviunt, & in Textum, modo additamentum esse intelligantur, non incommodè recipi possunt. Habes tandem, Lector, ea omnia quæ ad explicandum atque illustrandum aureum hoc Longini opus necessaria putavi: sæpiùs hunc Commentarium volvas, non lectione solùm, sed imitatione dignissimum; non ut intelligas solùm quomodo optimi Auctores scripserint, sed ut discas quomodo ipse optimus Auctor fieri possis; deinde calamum poscas, iis, quæ apud Virgil. Æn. l. 9. v. 186. dicit Nisus, verbis jure usus,

——*Aliquid jamdudum invadere magnum*
Mens agitat mihi, nec placidâ contenta quiete est.



DIONYSII LONGINI

FRAGMENTA.



SCIAT Lector me, cum primùm animum ad scribendum appellerem, nihil aliud ob oculos habuisse, quàm ut Commentarium Longini de Sublimitate emendatum & Notis illustratum evulgarem: nunc verò quorundam amicorum consilia secutus addo etiam Fragmenta illa, quæ docti Longino plerumque adjudicant, quæque aut ex MStis Vat. & Par. aut ex Porphyrii & Eusebii scriptis proferuntur: In his edendis secutus sum ultimam Cl. Hudsoni editionem Oxoniensem, quæ Boivini, Tollii, & ipsius Hudsoni Notas ad imum paginæ additas exhibet: Nihil ferè ipse feci, nisi ut primum Fragmentum ex præfatione editionis Oxoniensis huc adducerem, & cæterorum ordinem mutarem, & versionem permultis in locis corrigerem, omnibus denique his Fragmentis paucissimas (quæ in legendo mihi occurrebant, literâque P. signantur) Notas aut emendandi aut explicandi gratiâ subjicerem.





DIONYSII LONGINI

I. E [1] Cod. MSto Vat.

Κορωνὶς δ' ἔστω [2] λόγου παντὸς καὶ φρονήματος Ἑλληνικοῦ Δημοσθένης, Λυσίας, Αἰσχίνης, Ἀριστείδης, Ἰσαῖος, Τίμαρχος, Ἰσοκράτης, Δημοσθένης ὁ καὶ Κρίθινος, Ξενοφῶν, πρὸς τούτοις Παῦλος ὁ Ταρσεύς, ὅν τινα καὶ πρῶτόν φημι προϊστάμενον δόγματος ἀναποδείκτου.

II. E Cod. MS. Par.

[3] Προῆλθε δὲ τὸ μέτρον ἐκ Θεοῦ, μέτρῳ τά τε οὐράνια καὶ ἐπίγεια κεκοσμηκότος· ἁρμονία γάρ τίς ἐστι καὶ τοῖς ἐπουρανίοις καὶ ἐπιγείοις. Ἢ πῶς

ἂν

N O T Æ.

[1] Hoc Longini de Rhetoribus testimonium extat in præstantissimo codice Evangeliorum Bibliothecæ Vaticanæ Urbinatis, signato Num. 2. quod mihi communicavit Laur. Alex. Zacagnius: Ubi fragmentum hæc scriptoris verba præcedentia habet, Λογγῖνος ὁ καὶ ῥήτωρ τῶν μεγάλων ῥητόρων ἀπαρίθμησιν συνέταξεν οὕτως· Κορωνὶς δ' ἔστω &c. *Hudson.*

[2] Fortasse legendum est λόγου παντὸς κατὰ φρονήματος &c. *omnem nostrum sermonem de Græco Sublimi dicendi genere:* Interdum



FRAGMENTA.

I. E Cod. MSto Vat.

Finiat autem omnem *nostrum* sermonem & Græcum Sublime *dicendi* genus Demosthenes, Lysias, Æschines, Aristides, Isæus, Timarchus, Isocrates, Demosthenes, qui & Crithinus *fuit*, Xenophon, præterea Paulus Tarsensis, quem & primum dico præfuisse opinioni argumentis non probatæ.

II. E Cod. MS. Par.

Metrum à Deo primùm venit, qui & cœlestia & terrestria concinnè & quasi modulatè disposuit: rebus enim cum cœlestibus tum

NOTÆ.

dum enim hoc sensu Præpositio κατ᾽ usurpatur. *Pearce.*

3 Addo [ex *Cod*, *Reg*. 2765. 2.] secundum fragmentum, quod puto initium fuisse horum ipsorum quæ damus *Longini* in *Hephæstionis Enchiridion* προλεγομένων. Nam ea initio carere perspicuum est: & hoc iis exordium ita convenit, ut nullum possit aptius excogitari. Descriptum autem est ex *Codice Regio*, ubi inter alia multa, quæ & ipsa suspicor esse *Longini*, hoc de Metri origine divinâ legitur. *Boivin.*

ἂν ἄλλως συνέστη τόδε τὸ πᾶν, εἰ μὴ ῥυθμῷ τινι καὶ τάξει διεκεκόσμητο; καὶ τὰ ὑφ' ἡμῶν δὲ κατασκευαζόμενα ὄργανα μέτρῳ πάντα γίνονται. Εἰ δὲ πάντα, πολλῷ γε μᾶλλον ὁ λόγος, ἅτε καὶ περιεκτικὸς ἁπάντων ὤν· ἔστι μὲν γὰρ καὶ τῶν πεζῶν ἁρμονία τίς· καὶ δῆλον ἐξ ὧν τοῦ μὲν ὁ λόγος ἐστὶν εὐρυθμότερος, τοῦ δὲ οὔ. Μᾶλλον δὲ πρόσεστι τῶν ποιητικῶν, πάθεσι πλείστοις χρωμένῳ καὶ λέξεσι, καὶ δὴ καὶ μύθοις καὶ πλάσμασι, δι' ὧν ἁρμονία κατασκευάζεται. Ταῦτ' ἄρα καὶ οἱ παλαιοὶ ἐμμέτρους μᾶλλον τοὺς οἰκείους ἐποίουν λόγους, ἢ πεζούς· καὶ μὴν τῶν μέτρων πρόσεστιν ἁρμονία, ἡ δ' ἁρμονία μουσικὴ τυγχάνει· τῆς μουσικῆς δὲ ὅσον κλέος ἐστὶν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ· ὥστε καὶ τὸ μέτρον ἐν τῶν ἀρίστων, ὑπὸ τῆς μουσικῆς ὄν, [1] ἧς τὸ κλέος (ὡς Ὅμηρος ἔφη)

——— Οἷον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν.

[1] Hic se *Longinus*, vel quisquis alius hujus scholii auctor, profitetur minimè Poëtam esse. B. Potiùs minimè musicam scire. Versus verò sequens extat in Il. β. v. 486. P.



III.

tum terrestribus inest quædam harmonia. Ecquomodo autem universum hoc, nisi certo ordine & rhythmo quodam digestum fuisset, aliter unquam constitisset? imò organa ipsa & *instrumenta*, quæ manu hominum fiunt, modulo omnia *seu mensurâ* constant. Si verò omnia, multò magis oratio, utpote quæ omnia in se complectitur; etenim pedestri sermoni sua est harmonia: idque ex eo liquet, quod hominis unius quidem sermo numerosior est, alteriùs verò non item. Sed harmonia sanè magis competit Poëticæ orationi, quæ plurimis & affectibus utitur & dictionibus, & fabulis quoque & figmentis, per quæ efficitur harmonia. Idcirco antiqui suos libros strictâ potiùs quàm solutâ oratione condebant: Metro certè insita inest harmonia, harmonia verò musica est; musicæ autem quanta sit gloria, nemo ignorat: quamobrem & Metrum res est eximia, quippe quòd musicæ subest; cujus nos, ut Homerus loquitur,

——— *Solam famam audivimus, neque quicquam scimus.*



III. E Cod. MS. Par.

[1] Τὰ ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ εἰς τὸ τοῦ Ἡφαιστίωνος Ἐγχειρίδιον.

α'. ΑΛΛ' [2] εἴτε νέα τῶν μέτρων ἡ θεωρία, εἴτε Μούσης εὕρεμα παλαιᾶς, ἑκάτερον ἕξει καλῶς· ἀρχαία μὲν γὰρ οὖσα ἐκ τῆς παλαιότητος ἕξει τὴν σεμνότητα, νέα δὲ οὖσα ποθεινοτέρα καθ' [3] Ὅμηρον,

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν [4] πάντες ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἥ τις [5] ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.

Μέτρου δὲ πατὴρ ῥυθμὸς καὶ [6] θεός· ἀπὸ ῥυθμοῦ γὰρ [7] ἔχον τὴν ἀρχὴν, θεὸς δὲ τὸ μέτρον ἀπεφθέγξατο.

β'. Τοῦ δὲ περὶ μέτρων λόγου πολλοὶ πολλαχῶς ἤρξαντο· οἱ μὲν ἀπὸ στοιχείων, ὡς Φιλόξενος, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ μέτρων ὅρου, ὡς Ἡλιόδωρος· ἡμεῖς δὲ Ἡφαιστίωνι κατακολουθήσομεν ἀπὸ συλλαβῆς ἀρξάμενοι· πρῶτον δὲ ὀλίγα προειπεῖν δίκαιον.

γ'. Τεκμήριον μέτρου ἀκοή· ἔνιοι γοῦν οὕτως ὡρίσαντο· μέτρον ἐστὶ ποδῶν ἢ βάσεων σύνταξις, αἰσθήσει τῇ δι' ἀκοῆς παραλαμβανομένη· εἰ δὲ τὸ κρίνον ἐστὶν ἀκοὴ, τὸ κοσμοῦν ἐστι φωνή· ὡς γὰρ τὸν ἦχον τῆς ἀ-

ρυθμίας

[1] Integer titulus in *MSS.* Ἐκ τῶν Λογγίνου τοῦ φιλοσόφου τὰ προλεγ. &c. H.

[2] Præcesserat nempe aliquid de artis metricæ antiquitate. B.

[3] *Odyss.* α. 351. B.

[4] In vulgatis non πάντες, sed μᾶλλον. B.

[5] Ἀϊόντεσσι *Codex Vaticanus*; item *Codex Ambrosianus*. B.

[6] Videntur hæc pertinuisse ad fragmentum *de metri origine divinâ*,

III. E Cod. MS. Par.

PROLEGOMENA in *Hephæstionis* Enchiridion.

1. AT ſeu nova res ſit Metrorum obſervatio, ſeu veteris Muſæ inventum, pulchrè utrumque ſe habebit: nam ſi ſit vetus, vetuſtate ipsâ venerabilis: ſi recens, amabilior futura eſt, idque Homero judice, *Origo artis metricæ, & metri ipſius.*

Quippe illam reſonant omnes laudantque Camænam,
Quæ, novitate placens, inſuetas fertur ad aures.

Porrò Metri pater eſt non ſolùm Rhythmus, ſed & Deus: nam ex Rhythmo ortum habuit, Deus verò ſonum ipſum Metri protulit.

2. Rei metricæ tractationem multi multifariam orſi ſunt: alii ab literis, ut Philoxenus; alii à definitione Metri, ut Heliodorus: nos verò auctorem ſecuti Hephæſtionem à ſyllaba ordiemur: ſed pauca primùm præfanda ſunt. *Horum tractatio unde incipienda.*

3. Senſus audiendi eſt id, quo de Metro judicamus: unde ſic quidam definiunt: *Metrum eſt pedum apta compoſitio, quæ ſenſu audiendi percipitur*, quòd ſi auris judicat, vox ſanè eſt quæ ornat: *Quid auditus, quid vox ad metrum conferat.*

divinâ, quod ſuprà exhibuimus. B.

7 Supple τὰ μέτρα: vel legendum ἔχει. In *Codice Vaticano*, legitur ἔχον. B.

3 De-

ῥυθμίας ἐκτείνουσά τε καὶ συστέλλουσα φωνὴ σχηματίζει τὰς συλλαβάς, ὅπως εἰσδεξαμένη κρίνει ἡ ἀκοή.

δ'. Διὰ τοῦτο πολλὰ τῶν μέτρων συμβέβηκεν ἀποκρύπτεσθαι σιωπώμενα [1] ἐν τῇ κατὰ πεζὸν ῥύσει· καὶ αὖ πάλιν πολλὰς πλώσεις ἔχει πρὸς ἄλλα μέτρα. Εὕροι γοῦν ἄν τις παρὰ Δημοσθένει τῷ ῥήτορι ἡρωϊκὸν κεκρυμμένον, ὃς ἠδυνάθη λαθεῖν δι ζὴν οὖσαν τὴν προφορὰν συναρπάσαι τῆς ἀκοῆς φησὶ γοῦν,

[2] Τὸν γὰρ ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον,
τειαν
Ἦλθε Φίλιππος.

στίχος ἐστὶν ἡρῷος· ἀλλὰ μὴν
λέγῃ,

Πολλῶν δὲ λόγων [3] καὶ θορύβου
ὑμῖν.

τοῦτο γὰρ ἄντικρυς [4] Ἰωνικόν ἐστιν ἀπ
τῶν,

Εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς

τὰς δὲ τῶν μέτρων συνεμπλώσεις ἐν
ξομεν.

έ. Διαφέρει δὲ μέτρον [5]
τοῖς μέτροις ἡ συλλαβή, καὶ χ
γένοιτο μέτρον· ὁ [7] γὰρ ῥυθμὸς
λαβαῖς, γίνεται δὲ καὶ χωρὶς συλ

[1] *Quinctilianus* in *Inst. Orat.* lib. IX. c. 4. B.
[2] *Demosthenes* in *Orat.* de *Corona*, p. 333. *edit. Basil.* B.
[3] Γρ.
B. Profe
thenis Oly

orn : quippe ut vox, sonum modulatu
du ndo vel contrahendo, syllabas quasi fig
ita auditus *eas aure* excipiens judicat.

4. Hinc fit ut Metra complura *velut taci*
lateant in pedeſtri oratione, & viciſſim *in alia*
Metra multis modis incidant. Itaque & apud
Demoſthenem oratorem invenire eſt occultum
erſum Heroïcum; qui ideo latere potuit, quia
, ad ſolutam orationem accommo-
ſimu ba abripuit. Ait
ὸν πόλεμον, δι' ὃν εἰς
cus: ſed & Ioni-
ὃ λόγων καὶ θο-
in his manifeſ-
ſimilis huic,
λᾶς Γυεῖννω.
identiam ex-

runt, quòd
ſtent, &
Rhyth-
fit;

ῥυθμίας ἐκλείπουσά τε καὶ συστέλλουσα φωνὴ σχηματίζει τὰς συλλαβάς, οὕτως εἰσδεξαμένη κρίνει ἡ ἀκοή.

δ'. Διὰ τοῦτο πολλὰ τῶν μέτρων συμβέβηκεν ἀποκρύπτεσθαι σιωπώμενα [1] ἐν τῇ κατὰ πεζὸν ῥήσει· καὶ αὖ πάλιν πολλὰς πλώσεις ἔχει πρὸς ἄλλα μέτρα. Εὕροι γοῦν ἄν τις παρὰ Δημοσθένει τῷ ῥήτορι στίχον ἡρωϊκὸν κεκρυμμένον, ὃς ἠδυνήθη λαθεῖν διὰ τὸ πεζὴν οὖσαν τὴν προφορὰν συναρπάσαι τῷ λόγῳ τὴν ἀκοήν· φησὶ γοῦν,

[2] Τὸν γὰρ ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον, δι' ὃν εἰς Ἐλάτειαν
Ἦλθε Φίλιππος.

στίχος ἐστὶν ἡρῷος· ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰωνικόν, ὅταν λέγῃ,

Πολλῶν δὲ λόγων [3] καὶ θορύβου γιγνομένου παρ' ὑμῖν.

τοῦτο γὰρ ἄντικρυς [4] Ἰωνικόν ἐστιν ἀπὸ μείζονος, ὅμοιον τῷ,

Εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἀπαλᾶς Γυρίννω.

τὰς δὲ τῶν μέτρων συνεμπλώσεις ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπιδείξομεν.

ε'. Διαφέρει δὲ μέτρον [5] ῥυθμοῦ, ὕλη [6] μὲν γὰρ τοῖς μέτροις ἡ συλλαβή, καὶ χωρὶς συλλαβῆς οὐκ ἂν γένοιτο μέτρον· ὁ [7] γὰρ ῥυθμὸς γίνεται μὲν καὶ ἐν συλλαβαῖς, γίνεται δὲ καὶ χωρὶς συλλαβῆς· καὶ γὰρ ἐν κρότῳ.

[1] *Quinctilianus* in *Inst. Orat.* lib. IX. c. 4. B.

[2] *Demosthenes* in *Orat. de Corona*, p. 333. *edit. Basil.* B.

[3] Γρ. καὶ θορύβων γιγνομένων. B. Proferuntur hæc ex Demosthenis Olynth. 2. P.

4 Id

ornat: quippe ut vox, ſonum modulatum producendo vel contrahendo, ſyllabas quaſi figurat; ita auditus *eas aure* excipiens judicat.

4. Hinc fit ut Metra complura velut tacita lateant in pedeſtri oratione, & viciſſim in alia Metra multis modis incidant. Itaque & apud Demoſthenem oratorem invenire eſt occultum verſum Heroïcum; qui ideo latere potuit, quia pronuntiatio, ad ſolutam orationem accommodata, auditum ſimul & verba abripuit. Ait quippe, Τὸν γὰρ ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον, δι' ὃν εἰς Ἐλάτειαν &c. verſus eſt Heroïcus: ſed & Ionicum *reperias*, cum ait, Πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ' ὑμῖν: nam in his manifeſtum ſe prodit Ionicus à majori, ſimilis huic, Εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἀπαλᾶς Γυρίννως. Metrorum verò in ſe invicem incidentiam exempla poſthac afferemus.

Metrorum in pedeſtri ſermone latentium exempla ex Demoſthene.

5. Metrum & Rhythmus hoc differunt, quòd Metra ſyllabis tanquam materiâ conſtent, & abſque ſyllabâ non poſſit fieri Metrum: Rhythmus verò & in ſyllabis & citra ſyllabas fit; nempe in eo ſono qui pulſatione efficitur. Etenim

Metrum & Rhythmus quatenus differant.

4 Id eſt, à *ſpondeo* incipiens *Ionicum* autem *à minori* illud eſt quod à *Pyrrhichio* incipit; ut, *Miſerarum eſt neque amori dare ludum* &c. B.

5 Vide *Quinctilianum* in *Inſt. Orat.* lib. IX. cap. 4. & huc refer ea quæ ab illo de *Rhythmi* & *Metri* differentiâ dicuntur. B.

6 Μὲν abundat, & abeſt à *Codice Vaticano*. B.

7 Pro γὰρ legendum δέ. B.

1 Ita

τῳ. Ὅταν μὲν γὰρ τοὺς χαλκέας ἴδωμεν τὰς σφύρας καταφέροντας, ἅμα τινὰ καὶ ῥυθμὸν [1] ἀκούομεν· καὶ ἵππων δὲ πορεία ῥυθμὸς ὠνομάσθη, καὶ κίνησις δακτύλων, [2] καὶ μελῶν καὶ σχήματα, καὶ χορδῶν κινήματα, καὶ τῶν ὀρνίθων τὰ πτερύσματα· μέτρον δὲ οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς λέξεως ποιᾶς καὶ ποσῆς.

Ἔτι τοίνυν διαφέρει ῥυθμοῦ τὸ μέτρον, ᾗ τὸ μὲν μέτρον πεπηγότας ἔχει τοὺς χρόνους, μακρόν τε καὶ βραχὺν, καὶ τὸν μεταξὺ τοῦτον, τὸν κοινὸν καλούμενον, ὃς καὶ αὐτὸς πάντως μακρός ἐστι καὶ βραχύς, ὁ δὲ ῥυθμὸς ὡς βούλεται ἕλκει τοὺς χρόνους· πολλάκις γοῦν καὶ τὸν βραχὺν χρόνον ποιεῖ μακρόν. Ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, καὶ τὴν διαφορὰν ἴσασιν οἱ ποιηταί. Λάβωμεν παραδείγματα παιζούσης κωμῳδίας ἐν σπουδαζούσῃ φιλοσοφίᾳ· [3] ὁ γοῦν Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς Νεφέλαις· φησὶ Σωκράτης, εἰ καὶ τωθάζει Ἀριστοφάνης, “πότερον “περὶ μέτρων, ἢ περὶ ἐπῶν, ἢ περὶ ῥυθμῶν;” ἀντιδιέστειλε γὰρ ἐκεῖνος ἀπὸ ῥυθμῶν τὰ μέτρα· εἰς ἑκάτερον γοῦν τὸ παράδειγμα σημειωτέον, ὅτι τε ῥυθμὸς μέτρου διαφέρει, καὶ ὅτι ἴσασιν ἐν διδασκαλίᾳ [4] οἱ παλαιοὶ τὴν τῶν μέτρων θεωρίαν.

ϛʹ. Τὸ δὲ μέτρον λέγεται πολλαχῶς· καὶ γὰρ τὴν συμμετρίαν μέτρον προσαγορεύομεν, ὡς ὁ εἰπὼν,

ΜΕΤΡΟΝ

[1] Ita in *Cod. Vat.* ἀκούσομεν in *aliis Codd.* B.

[2] Legendum καὶ μελῶν σχήματα, ut in *Edit. Oxon.* B.

[3] Legendum videtur, ὁ γοῦν ἐν ταῖς νεφέλαις φησὶ Σωκράτης, &c, vel sic interpungendum, ὁ γοῦν Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς νεφέλαις (φησὶ Σωκράτης, εἰ καὶ τωθάζει Ἀριστοφάνης) πότερον, &c. B. Potiùs verò lego, ὁ γοῦν φησὶ Σωκράτης (εἰ καὶ τωθάζει Ἀριστοφάνης), πότερον &c. nam verba Ἀριστοφάνης ἐν

ταῖς

nim cum ab ærariis fabris malleos deorſum incuti videmus, ſimul etiam Rhythmum quendam audimus: item equorum inceſſus pro Rhythmo habitus eſt, necnon micatio digitorum, & apta membrorum conformatio, & chordarum motus, & avium volitantium plauſus: at ſine dictione, quæ & talis ſit & tanta, Metrum conſiſtere non poteſt.

Præterea Metrum à Rhythmo differt, eo quòd Metrum tempora habeat fixa ac definita, longum ſcilicet & breve, & horum medium, quod commune appellant; quod ipſum quoque omnino & longum & breve eſt: Rhythmus autem tempora ad libitum producat, ſic ut breve tempus longum ſæpè efficiat. Rem ita ſe habere, & illa à ſe invicem differre, Poëtæ ſciunt. Capiamus exempla ex Comœdiâ in gravem Philoſophiam jocante: nempe Socrates ait (licet *eum* irrideat Ariſtophanes) *utrum de Metris, an de Epico verſu, an de Rhythmis?* Diſtinxit ille Metra ab Rhythmis: itaque in exemplo allato duo hæc obſervanda; Rhythmum à Metro differre, & veteres Metrorum rationem præceptis comprehenſam didiciſſe.

6. Metrum de multis rebus dicitur. Nam & modum [ſeu mediocritatem] Metrum vocamus; ut

Metrum in communi loquendi uſu quot ſignificata habeat.

[3] Νεφέλαις videntur eſſe Gloſſema, & ex margine huc adducta: P.

[4] Voces οἱ παλαιοὶ abſunt à *Codice Vaticano*. B.

[1] Ita

ΜΕΤΡΟΝ ΑΡΙΣΤΟΝ· εἴτε σοφὸν ἀπόφθεγμα, εἴτε θεῖον ἀνάθημα, Ἀπόλλωνι μὲν γὰρ ἁρμοδιώτατον, ἐπεὶ καὶ μέτρων εὑρετής. Λέγεται δὲ μέτρον καὶ αὐτὸ τὸ μετροῦν, καὶ τὸ μετρούμενον· ὡς ὅταν εἴπωμεν τὸν μέδιμνον μέτρον, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ μετρηθὲν μέτρον, ἀμφότερα δὲ καλεῖται μέδιμνος· καὶ αὖ πάλιν εἰ [1] εἴποιμι χόα τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ μετρῶ ποσότητά τινα· καὶ αὖ πάλιν αὐτὴν τὴν ποσότητα χόα προσαγορεύομεν· [2] [καὶ αὖ πάλιν αὐτὸ τὸ ξύλον, [3] ὃ μόνον ἔχει πῆχυν, πῆχυν προσαγορεύομεν.]

ζ΄. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐπὶ ταύτης τῆς θεωρίας πολλαχόθεν λέγεται μέτρον· μέτρον τε γὰρ καλοῦμεν πᾶν τὸ μὴ πεζόν· ὅταν εἴπω τὰ μὲν Πλάτωνος πεζά, τὰ δὲ Ὁμήρου μέτρα. Μέτρον καλεῖται καὶ εἶδος ἑκάστου· ὡς ὅταν εἴπω, μέτρον Ἰωνικόν, καὶ μέτρον Ἰαμβικόν, [4] καὶ μέτρον Τροχαϊκόν. Μέτρον καλεῖται καὶ στίχος ἕκαστος· ὡς ὅταν εἴπω, ἡ πρώτη Ὁμήρου ῥαψῳδία μέτρα ἔχει χ. τοῦτο δὲ Ὀδυσσεὺς ὁ μετρικὸς ἐσημειώσατο. [5] Εἰ τοίνυν μέτρον καλοῦμεν τὴν συζυγίαν, τουτέστι τὴν διποδίαν, [6] ὅταν τὸ Ἰαμβικόν, τὸ ἀπὸ ἓξ ποδῶν συγκείμενον, τρίμετρον καλῶμεν. Μέτρον καλοῦμεν καὶ τὸν χρόνον, ὃν

τινες

[1] Ita uterque *Cod. Vatic.* & *Ambrof.* B.

[2] Uncis inclusa aberant à *Codice Regio*: exstant autem in *Vaticano*. Vide *Hephæstionis Enchiridion*, p. 76. edit. *Turnebi*, ubi hæc eadem rectiùs. B.

[3] Ὃ μόνον ἔχει πηχυν] Fortè, ὃ μῆκος ἔχει πηχυν. P.

[4] Καὶ abest à *Codice Vaticano*. B.

[5] Pro εἰ τοίνυν legendum videtur, ἔτι νῦν. B. Vel ἔτι τοίνυν. P.

6 Ὡς

ut ille qui dixit, ΜΕΤΡΟΝ ΑΡΙΣΤΟΝ, *modus optimus*: ſive hoc ſit ſapientis pronuntiatum, ſeu donum *hominibus* à Deo datum; nam Apolline quidem digniſſimum *eſt*, digniſſimum, modorum inventore. Deinde appellatur Metrum & id ipſum quod metitur, & id quod menſum eſt: ut cum medimnum, & id quod medimnus capit, Metrum vocamus, ſanè utraque ea res medimnus dici ſolet: item ſi poſſum vas, in quo aliquam quantitatem metior, appellare χόα *congium*, etiam è contrario ipſam quantitatem *in eo contentam* appellamus χόα: [itidem ipſum lignum, quòd longitudinem habet unius cubiti, appellamus cubitum.]

7. Pariter & in præſenti inſtituto Metri nomen ad multa pertinet: nam & Metrum dicimus quidquid proſa non eſt: ut cum ea quæ ſcripſit Plato, proſam; quæ Homerus, Metra nomino. Metrum etiam dicitur quæque Metri ſpecies; ut cum dico, Metrum Ionicum, Metrum Iambicum, Metrum Trochaïcum. Item verſus ſinguli appellantur Metrum: ut cum dico; prima Homeri Rhapſodia Metris conſtat ſexcentis, id quòd Ulyſſes Metricus obſervavit. Jam verò & pedum duorum conjugationem Metrum vocamus, ut cum Trimetrum appellamus Iambicum illum, qui conſtat ſenis pedibus. Ipſum *Quot in re Poëticâ.*

ſ Ὡς ὅταν in *edit. Oxon.* B,

ι Μετειχῶν

τινες τῶν [1] ῥυθμικῶν σημεῖον προσαγορεύουσιν· ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, παράδειγμα τεθήσεται, ὅ τινες μὲν Ὀρφέως, τινὲς δὲ τῆς Πυθίας παραλαμβάνουσι· περὶ γὰρ τῶν ἐπῶν λέγων, ἢ λέγουσα,

Ὄρθιον, ἑξαμερὲς, τετόρων καὶ εἴκοσι μέτρων·

καὶ ταῦτα οὕτως ἔχει, ὥσπερ εἴρηκα· μέτρον δὲ καὶ τὸ μετροῦν καὶ τὸ μετρούμενον. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν [2] προειρημένων αὐτὸ τὸ μέτρον, τουτέστι τὸ ποίημα, μέτρον προσαγορεύεται, [3] [καὶ ἕκαστον τῶν μετρούντων τῆς ὁμοίας τετύχηκεν ὀνομασίας· χρόνος γὰρ συλλαβὴν ποιεῖ, συλλαβὴ δὲ πόδα, ποὺς δὲ συζυγίαν, συζυγία δὲ στίχον, στίχος δὲ ποίημα· πάντα οὖν εἰκότως μέτρα προσαγορεύεται.]

η΄. Γέγονε δὲ ἀπὸ τοῦ μείρω ῥήματος, ὅ ἐστι μερίζω· ἀφ' οὗ παρὰ τῷ ποιητῇ,

[4] Ἶσον ἐμοὶ βασίλευε, καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς.

ὡς δὲ παρὰ τὸ σείω σεῖστρον γίνεται, καὶ παρὰ τὸ δέρω δέρτρον, καὶ παρὰ τὸ φέρω φέρτρον, οὕτω καὶ παρὰ τὸ μείρω μέτρον· ὄνομα γοῦν ἐστι, καὶ ἐκ τῆς ἐτυμολογίας, τοῦ μερισμοῦ.

θ΄. Περὶ

[1] Μετρικῶν *Cod. Vat.* B.

[2] Post προειρημένων, virgula, non punctum. B. Ego verò totam sententiam sic legendam esse censeo: καὶ ταῦτα οὕτως ἔχει· ὥσπερ εἴρηκα, "Μέτρον δὲ τὸ μετροῦν καὶ τὸ μετρούμενον," οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν προειρημένων αὐτὸ τὸ μετρούμενον, τουτέστι &c. P.

[3] Uncis inclusa absunt à *Cod. Vatic.* B.

[4] Post ἴσον, & post ἥμισυ, subauditur μέτρον. Itaque perinde est ac si *Homerus* dixit, ἶσον ἐμοὶ μέτρον βασίλευε, καὶ ἥμισυ μέτρον μείρεο τιμῆς. *Iliad.* ι. v. 16. B.

ſum tempus etiam Metrum vocamus; quòd quidam Rhythmici ſcriptores σημεῖον *notam* appellant. Id ita eſſe exemplo confirmabimus, quòd alii Orpheo, alii Pythiæ acceptum referunt: etenim cum hæc, vel ille, de Epico verſu ſic loquatur,

Tramite eunt recto Metra bis duodena, pedes ſex.

Et hæc ita ſe habent: ut dixi, "Metrum verò eſt & id quòd metitur & id quod menſum eſt;" ita etiam in modò dictis id ipſum quod menſum eſt (id eſt Poëma) Metrum vocatur, & ſingulæ partes metientes eandem appellationem ſortitæ ſunt: tempus enim ſyllabam, pedem ſyllaba, pes metricam conjugationem, hæc verſum, hic Poëma efficit; ut meritò ſingula appellentur Metra.

8. Factum eſt Metri nomen ex verbo μείρω, quod eſt *divido*: unde illud Poëtæ, *Etymologia Metri.*

